~~Cod. membr. c. pict.~~

~~73.~~

(Cim. 110)

S. ~~XII~~ XIII

~~B. Bavar. 160.~~

C. lat. 4660

Clm 4660

Cod. lat.
4660.

Die Hs wurde im XIX. Jahrh. neu gebunden. Dabei fielen nicht nur einzelne schon vorher losgelöste Blätter weg, die dann W. Meyer unter den Fragmenten fand und in ihrer Zugehörigkeit zu den Carmina burana erkannte (jetzt mit I–VII numerirt und als Clm. 4660 a in kleiner Mappe zusammengelegt), sondern auch der Hauptheil der Hs ist stark verbunden. Nach W. Meyers Untersuchungen (Fragmenta Burana p. 17) ist die richtige Ordnung folgende (die Lücken sind durch Sterne angedeutet).

f. 43–48. 1. 2. 3–42*; 49;* 73–82, 50–56; fr. I;
57–72, 83–106; fr. II–IV; fr. V, VI; fr. VII; f. 107–112.

Sachlich war die alte Sammlung folgendermassen geordnet (vgl. Meyer p. 12 f).

1) Ernste Gedichte (f. 43–48. 1–18r)
2) Heitere Gedichte
   a) Liebeslieder (18v–42. 49. 73–82. 50–72.)
   b) Wein- Spiel- und Wirthshauslieder (84–98)
3) Schauspiele:
   99–106: Weihnachtspiel
   (fr. II–IV Marner und später zugesetztes Passionsspiel)
   fr. V, VI: Osterspiel.
   fr. VII: Emausspiel.



BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

FAS ET NEFAS ambulant paſſu fere pari. pro
digus non redimit vitium avari. virtus temperantia
quadam ſingulari debet medium ad utrumque vitium
caute contemplari. Si legiſſe memoras ethicam Ca
tonis. in qua ſcriptum legitur: ambula cum bonis.
cum ad dandi gloriam animum diſponis. inter cete
ra hoc primum conſidera. quis ſit dignus donis. Dare

O fortuna velud luna ſtatu variabilis ſemper creſcis aut decreſcis vita de
teſtabilis nunc obdurat et tunc curat ludo mentis aciem egeſtatem poteſtatem
diſſolvit ut glaciem. Sors immanis et inanis rota tu volubilis ſtatus malus
vana ſalus ſemper diſſolubilis obumbratam et velatam michi quoque niteris nunc per ludum
dorſum nudum fero tui ſceleris. Sors ſalutis et virtutis michi nunc contraria eſt affectus et
defectus ſemper in angaria hac in hora ſine mora cordis pulſum tangite quod per ſortem ſternit fortem.

non ut conuenit non est a uirtute. bonum est secundũ
quid et non absolute. digne dare poteris et mereri
tute famam muneris. si te prius noueris intus et in
cute. Vultu licet hylari uerbo licet blando. sis equalis
omnib; unum tam̃ mando. si uis recte gloriam ꝓmere
ri dando. primum uideas granum int̃ paleas cui des
et quando. Si prudenter triticum paleis emundas.
famam emis munere. s; caueto dum das. largitatis ole
um male non effundas. inte glorioi. quia codro codri
or omnib; habundas. VERSUS.

Est mod' in uerbis. duo sꝫ ꝯtraria uerba.
Do das. ⁊ teneo. ꝯtendunt lite sup̲ba.
Per do das largi conant̃ semꝑ am
Set teneo tenui miseri potiunt̃ au ari.
Semꝑ ad om̃e q̃ est mensurã ponere p̲ dẽ.
Nam sine m̃sura ñ stabit regia cura.
Virt' est mediũ uicioꝝ utrimq; redactũ.
Et mala sũt uicina bonis. errore sub illo
Virtus ꝓ uitio crimina sepe tulit.
Dum stult' uitat uicia in ꝯtraria currit.
Fallit eñ uitiũ speciẽ uirtutis in umbra.

VERITAS. veritatum via. vita. veritas. per veri-
tatiſ ſemitas eliminaſ peccatum. te verbum incar-
natum clamat fideſ. ſpeſ. karitas. tu prime paciſ ſtatū
reformaſ poſt reatum. tu poſt carniſ delicias. daſ grati-
aſ ut faciaſ beatum. o quam mira potentia. quam re-
gia vox principis. cum egrotanti precipiſ. ſurge tolle
grabatum. ITEM.

GAUDES. Cur gaudeaſ vide. dei fidei adhereas.
in ſpe maneas. et in fide intuſ ardeas. foriſ luceaſ. tur-
turiſ retorqueas os ad cellas. Docenſ ita verbo. vita.
oriſ vomere. de cordib; fidelium evelleſ lolium. liliū
inſere roſe. ut alium per hec poſſiſ corripere. Speciose va-
leaſ virtuti. ſaluti omnium ſtudeas. noxiaſ deliciaſ
deteſteris. opera conſidera que ſi non feceriſ dampnabe-
ris. Hac in via milita gratie. et premia cogita patrie.
et ſic tuum cor in perpetuum gaudebit. ITEM.

VIDES. Qui noſti literas. et bene doceſ vivere. quod
ſit doctrina litere. de quo et ad quid referaſ dili-
genter conſidera. ſi ſiſ doctor quid doceaſ et quod do-
ceſ hoc teneas. ne tua perdant opera eterne vite premia.
Vide qui coliſ ſtudium pro dei miniſterio. ne abutaris

ſtudio. ſuſpirans a diſpendio lucri nec te participes con
iuge uite uitio. namque multos inuenio qui ſunt huius
participes eccleſiarum principes. Uide qui dei mune
re religionis gloriam ſummi per dei gratiam. ne te poſſit
decipere neque trudat in uitium philiſteus inpudice. nam
que prodente dalide ut non amittas meritum. deus tu
orum militum Item unde S u p. ccccccc.

ISTE Mundus furibundus falſa preſtat gaudia. que
defluunt et decurrunt ceu campi lilia. Res munda
na uita uana. uera tollit premia. nam inpellit et ſub
mergit animas in tartara. Quod uidemus uel tacemus
in preſenti patria. dimittemus uel perdemus quaſi
quercus folia. Res carnalis lex mortalis ualde tranſito
ria. frangit tranſit uelut umbra que non eſt corpea.
Conteramus conſtringamus carnis deſideria. ut cum iuſ
tis et electis in celeſti gaudia. gratulari mereamur per
eterna ſecula. VERSUS.

Uiuere ſub meta lex preſcripſit atque propheta.
Eſt uelut umbra maris uox gloria laus popularis.
Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo.
Qui differt penas. peccandi laxat habenas.
Nil fieri ſtulte credit qui peccat inulte.

Discat enim citius meminitque libentius illud.
Quod quis deridet quam quod probat et uenit apte.

De correctione hominum

HOMO Tuum reuertere conditionis misere. homo cur spernis uiuere. cur dedicas te uitiis. cur indulges malitiis. cur excessus non corrigis. nec gressus tuos dirigis in semitis iusticie. sed contra te cottidie iram dei exasperas. in te succidi metue radices ficus fatue. cum fructus nullos afferas. O conditio misera considera quam aspera sit hec uita. mors altera. que sic immutat statum. cur non purgas reatum. sine mora. cum sit hora mortis tibi incognita. et inuicta karitas que non proficit prius aret. et deficit. nec efficit beatum. Si uocatus ad nuptias aduenias sine ueste nuptiali. a curia regali expelleris. et obuiam si ueneris sponso lampade uacua. es quasi uirgo fatua. Ergo uide ne dormias. sed uigilans aperias domino cum pulsauerit. beatus quem inuenerit uigilantem dum aduenerit. V T E M

BONUM Est confidere in domino quam in domino. Bonum est spem ponere in spei nostre termino. qui de regum potentia non de dei clementia spem conspicis et decipis. et te excipis ab aula summi principis.

quid inopum agere uel exagere pecca — tum. in deo
cogitatum tuum iacta prius acta studeas corrigere.
In labore ma nuum et in sudore uultuum pane
tu o ue — scere. Versus.

Laudat rite deū. qui uere diligit illū.
Lumbos precingit. qui carnis uota restringit.
Maxime querendū. qđ semꝑ erit retinendū.
Nil peccant oculi. si mens ualet his dn̄ari.
Ne tardare uelis siquem ꝯuerte possis.
Risus stultoꝝ par semꝑ erit socioꝝ
Omne qđ est uisū. merito dici ualet unū
Os qđ mentit. animā iugulare ꝓbat.
O quantis curis mens indiget omnib; horis.
Peccans cottidie studeat mox se reparare.

De Conuersione hominum.

IN HAC V Miserie et luto luxurie uolueris. inutile
tempus perdens panphile cur offensas minimum. aut
derisum hominum non metuis dum destruis corpus et rē
animam. salua saltem ultimam uite portiunculam offe
rens celestib; pro iuuentutis florib; senectutis stipulam.
forsan ludo ueneris ultra uires uteris. ut amoris tediū
tibi sit remedium. s; si te medullitus exsiccatum penit9

exhauriaſ ut febrias. nichil tamen ꝑficias. dum ad tem
puſ deficis. nam inſurget artiuſ ydra multiplicior. et
poſt caſum fortior ſurget terre filius. Et ibeſ pede ſtabi
li. ſine caſu facili. caue precipicium deuitando uitium. ſet
ſi te uexauerit aut ſi ꝯprehenderit egiptiaca. mox pallia
fugitiuuſ deſere. nec lucteris temere. nam reſiſtenſ uincit
in hoc belli genere. et qui nouit cedere fugiendo fugitur.

DVM Iuuentuſ floruit. licuit et libuit I T E M
facere qd placuit. iuxta uoluntatem currere peragere
carniſ uoluptatem. Amodo ſic agere. uiuere tam libere.
talem uitam ducere. uiri uetat etas. ꝑimit et eximit le
geſ aſſuetaſ. Etaſ illa monuit. docuit. ꝯſuluit. ſic et etaſ
annuit. nichil eſt excluſum. omnia cum uenia contulit
ad uſum. Volo reſipiſcere. linquere. corrigere qd commi
ſi temere. deinceps intendam ſerius ꝑ uitiiſ uirtuteſ re

VITA Perdite I T E M pendam.
me legi ſubdideram. minuſ licite dum fregi quod
uoueram. et ad uite ueſperam corrigendum legi. quicqd
ante ꝑperam puerilis egi. Rerum exituſ dum quero. diſ
cutere. uerum penituſ a falſo diſcernere. falſo fallor ope
brauium ſi ſpero. me uirtutum metere uitia dum ſero.
Non ſum duplici ꝑplexuſ itinere. nec addidici reflexus

a uenere. nec fraudaui temere coniugiſ amplexus. dalidā
ꝑ ſequere ne fraudetur ſexuſ. Famem ſiliqua porcoꝝ non
abſtulit. que ad lubrica erroꝝ non contulit. ſ; ſcriptura
ꝯſulit uitā uitrem morum. que ꝑ larga ꝓtulit pabula do
noꝝ. Dum conſidero quid diane contigerit. finem conſe
ro rapine quiſ fuerit ſcio. uix euaſerit menſ corrupta fine.
diu quam contraxerit maculam ſentine. Preter meritum
me neci non dedero. ſi ad uomitum quem ieci rediero. nec
auerto aſpo liberum me feci. ſeruuſ ſi ſeruierit uitioꝝ feci.
Iꝫ ueneris immuto ueſtigia. uię ueteriſ refuto ꝑ deuia.
uia namq; regia curritur in tuto. ſiquiſ cedit alea ſemꝑ
eſt in luto. Reſi ſolum. ſymoniſ aſtutiam. confer tulliū
zenoniſ prudentiam. nil ꝯferre ſentiam huius abutenſ bo
niſ. ni fugiendo fugiam dalidā ſamſoniſ. Ergo ueniam
de rei miſeria. ut inueniam de dei clementia. hec ⁊ huiſ
ſimilia que ꝑegi dei ſola parcens gratia miſerere mei.

Versus.

Cur hō torqu- | ut ei meritū cumul-
Cur homo torqu- | ut xp̄c glorific-
Cur hō torqu- etur. | ne fallꝰ ei domin- et.
Cur hō torqu- | ut peniſ culpa pi-
Cur hō torqu- | ut duplicet̄ cruci-

Grā ſola dī quoſ uult facit alta mereri.

De ammonitione Prelatoꝝ

NON TE. Lusisse pudeat. sꝫ ludum non
incidere. ⁊ que lusisti temere. ad uite frugem uerte
re. magistra moꝝ doceat te ratio. ut pulso procul uitio.
munderis labe criminis. in laude munde uirginis minis
tres in altario. Sis pius. iustus. sobrius. prudens. pudicus
humilis. in lege dei docilis. ⁊ non sis arbor sterilis. tuo te
regas aptius officio. ut dignus pontificio. diuini dono nu
minis. ad laudem xpi nominis fungaris sacerdocio. Non
des ministris sceleꝝ non tua sꝫ ecclesie. sub pietatis specie.
non abutaris impie. commisso tibi pauperum suffragio. nil
a te ferat istrio. et tibi non allicias. infames amicicias. de
xpi patrimonio. Ministros inmundicie a te repellas lon
gius. bonoꝝ uitam fortius. prauus deprauat socius. ⁊ affi
cit infamie dispendio. sic trahitur presumptio. a conuictu
similium. prelati uita uilium uilescit contubernio. Caute
dispone domui. pauca sꝫ uera loquere. uerba confirmes ope.
quia non decet temere. os sacerdotis pollui mendacio. pru
dentium consilio te frui non displiceat. nec te sinistre
moueat salubris exhortatio. Teneris ut abstineas ab om
ni mala specie. sub freno temperantie. magistra pudici
cie. sobrietate floreas. nec uario uagoque desiderio decli

nes ad illebras. ſ; cece mentis tenebras. purga uirtutis radio.
P iuſ ꝓtector pauperum omni petenti tribue. malos potenter
argue. manuſq; ſacras ablue. a ſordidoꝝ munerum conta
gio. nulluſ te palpet premio. queſita gratis gratia. largire
beneficia. ſ; dignus beneficio. I T E M

NEQVE Syon uberrimas uelut torrentem lacri
mas. namq; ꝓ tuis patrib; nati ſunt tibi filii. quoꝝ dediſ
ti manib; ſceptrum impii. fures et furum ſocii. turbato
rerum ordine. abutuntur regimine paſtoralis officii. Ad
corpus infirmitas capitis deſcendit. ſinguloſq; grauitas
artus apprehendit. refrigeſcit karitas. nec iam ſe extendit
ad amorem ꝓximi. nam uidemus opprimi pupillum a po
tente. nec eſt qui ſaluum faciat. uel qui iuſtum eripiat
ab impio premente. Uide deus ultionum. uide uidens om
nia. quod ſpelunca uiſpillonum facta eſt eccleſia. quod
in templum ſalemonis uenit rex babylonis. et excelſum ſi
bi tronum poſuit in medio. ſ; arrepto gladio ſcelus hoc ul
ciſcere ueni iudex gentium kathedras uendentium co
lumbas euertere. Item.

MAGNVS Maior maximus. paruus minor mi
nimus. gradus iſtos rexi. ꝑ quos gradus corripi. augeri
et conteri gradus ſtatus hominis. ꝓ ut datur dignitas

dignitatum quantitas. quantitasque nominis. Magni par
uus extiti. parui magnus meriti. patuque sunt gratie diui
ti contrarie. cui plus datur hodie. magis est obnoxius. quique
minus habuit. et minus attribuit. minus reddit gratie.
Viri fratres presules. rationis consules. me non imitemini.
ne sic operimini super gregem domini. peruigil est animus.
sit lumen in manibus. presit custos rentibus; magnus maior
maximus. Y T E M.

NULLI Beneficium iuste penitudinis imputatur
cui magis uicium quam ingratitudinis amputatur. Ergo
presul confitens. esto uere penitens. quia nil confessio la
uat. cui contritio denegatur. Virtute non sanguine decet
niti sub honorum culmine. corde miti foueas innoxium. de
prime flagitium superbi et impii. supremi iudicii memor.
iuste iudicans iudica. nil claudica. Cui magis committitur.
ab eo plus exigitur. quid domino retribuis pro tot quot
tibi tribuit. qui lac et lanam eligis gregis cui constituit te
pastorem. Sed caue ne dum uenerit. te districte deus con
terat ut raptorem. Districtus iudex aderit non sustines
considerat peccatorem. Y T E M.

INGEDEONIS Area uellus aret extentum. et de
molitur tinea regale uestimentum. super habundat pelea

que ſepelit frumentum. et loquit iumentum. nec redit
boſ ad horrea. ſ; ſequit carpentum. Exit rumor diſcrimi
niſ de grandi montis cella. que tam ſancte dulcedinis late
fundebat mella. proſternatur ordinis plantatio nouella. dū
mouet in ſe bella. baſeſ in ſummo culminiſ ponenſ non ca
pitella. Clauſa quondam religio. uel ocium ſecretum. nē
ſubiacet obprobrio p uulguſ indiſcretum. quod tali tyrocinio n̄
erat aſſuetum. nec ꝯfirmat decretum. non legiſ patrocinio
nec litteriſ eſt fretum. Quod ſcm̄ ſacerdotium. qd unctio
regalis. ſe curuet ad impium. et uocem ſubiugalis. diuinū
eſt miſterium an furor laicalis. fauor tamen uenaliſ. qui
non intrat p hoſtium. fouet eoſ ſub alis. Ve ve qui regiſ fi
liam das in manum lenonis. ue qui p fanaſ gloriam tan
te deuotionis. qui cellam pigmentariam et opus ſalemōis.
fraude rapiſ predoniſ. ſi certius inſpiciaſ ad rem conditio
nis. Sub breui doctuſ tempe ſtultuſ dum incappat. pleno
ꝓphetat pectore ructans interp̄tatur. et diſputat cum
rethore. qui tacet ⁊ miratur. qd uir iuſtuſ tollatur. et aſ
ſumptus de ſtercore. ſententiaſ loquatur. VERSVS.

Doctrinę uerba paucis p ſunt ſine factis.
Eloquium ſcm̄ p̄ciosum fit ſup aurum.
Expers doctrine tenebras patiet ubiq;

Est quasi uas uacuum cui cura dee animarum.

IN HVIVS. Mundi patria. regnat ydolatria. ubique sunt uenalia dona spiritalia. custodes sunt raptores. atque lupi raptores. principes et reges subuerterunt leges. hac incerta domo insanit omnis homo. sed ista cum uento transibunt in momento. In huius mundi domo. miser qui uiuis homo. quod cinis es memento. transibis in momento. post carnem cinis eris. atque morte teneris. cinis et origo. sit tibi formido. cum spe cadit et ad dominum uadit. qui eum dedit. miser qui hoc non credit. Cum uadis ad altare. missam celebrare. te debes preparare. uetus expurgare. de corde fermentum. sic offers sacramentum. inuoca xpistum. psalmum dicas istum. iudica teque ipsum. prejudica iste et iuda. cordis mala denuda.

Vanitatum uanitas. et omnia uanitas. est animalis homo. in huius mundi domo. cuncta que sub sole assimilantur mole. nam omnia uoluuntur. quedam dissoluuntur. quedam ad uitam crescunt. et omnia decrescunt. sed spiritalis homo. dei regnat in domo. Lya placet lipposa. sed rachel flet formosa. que diu manens sterilis. ob inmanitatem sceleris. generat ancilla. nam raab ancilla. nauem mundi mersit. discordia dispersit. mortis seminaria. et mundi lumina

ria. luminant obscure. pauci uiuunt secure. Doctores a
postolici. et iudices katholici. quidam colunt albinum. ⁊
diligunt rufinum. cessant iudicare. ⁊ student deuorare.
gregem sibi commissum. hii cadunt in abissum. si cecus du
cit cecum. in fossam cadit secum. hii tales subsannantur.
et infra castra cremantur. Episcopi cornuti. conticuere
muti. ad predam sunt parati. ⁊ indecenter coronati. pro uirga
ferunt lanceam. pro infula galeam. clipeum pro stola. hec mor
tis erit mola. loricam pro alba. hec occasio calua. pellem pro
humerali. pro ritu seculari. Sicut fortes incedunt. et a deo
discedunt. ut leones feroces. et ut aquile ueloces. ut apri
frendentes exacuere dentes. linguas ut serpentes. pugnare
non ualentes. mundo consentientes. et tempus redimentes.
quia dies sunt mali. iure imperiali. Abbates ⁊ principes. ce
teriq; uates. ceteri doctores iura deposuerunt canones. ac de
creta. sicut scripsit propheta. deum exacerbauerunt. ⁊ sanctum is
rahel blasphemauerunt. Monachi sunt nigri. et in regula
sunt pigri. bene cucullati. et male coronati. quidam sunt
cani. et sensibus prophani. quidam sunt fratres. ⁊ uerentur
ut patres. dicuntur Torpentini. ⁊ non Augustini. in ca
no uestimento. nouo gaudent inuento. VERSUS.

Quicquid habes meriti. preuentrix gratia donat.

Nil deus in nobis. preter sua dona coronat.
Agricolis fessis cum uenit ultima messis.
Semina dant fructum. detergunt gaudia luctum.
Os habet inmite quod non fert gaudia uite.

P PROPTER Syon non tacebo. sed ruinam rome flebo. quousque iusticia rursus nobis oriatur. et ut lampas accendatur iustus in ecclesia. Iacet uilis et in luto. Syon sancta sub tributo. que solebat dicere. Syon esse derelictam. desolatam et afflictam. expertus sum opere. Vidi uidi caput mundi. instar maris et profundi. naufragium populi. Ibi mundi uidi lapsus. ibi sorbet aurum crassus. et argentum seculi. Ibi latrat silla rapax. et caribbdis auri capax. potius quam nauium. ibi pugna galearum. ibi fluctus piratarum. idest cardinalium. Naues sille possunt dici. ueritatis inimici. aduocati curie. Hii latrando falsa fingunt. mergunt simul et confringunt. carinam pecunie. Syrtes insistunt huic profundo. et syrenes toti mundo. minantes naufragium. species humanata foris patet. in occulto cordis latet. informe demonium. Hic karibdis debachatur. sed karibdis appellatur. recte cancellaria. ibi nemo grato gratis. neque datur absque datis. gratiam gratia.

Habere iustam rationem. uita lapsum per franconem. quod cre
das friuolum. ibi duplex mare feruet. a quo non est qui re
seruet. sibi ualens obulum. Ibi fructus colliguntur. ibi pan
ni demerguntur. byssus. ostrum. purpure. ibi mundus deglu
titur. immo totus sepelitur. in franconis gutture. Hic sunt
syrtes uel syrenes. qui sermone blando lenes. attrahunt bizan
tium. spem promittunt lenitatis. sed procella feritatis. feriunt
marsupium. Dulci cantu blandiuntur. palpant uerbis et lo
cuntur. primo quedam dulcia. frater te bene cognosco. certe
nichil posco. cum tu sis de francia. Terra tua multum decet.
sua nobis dona dedit. et portum consilii. nostri estis nostri ciues.
sacrosancte sedis oues. speciales filii. Nos peccata relaxamus.
absolutos collocamus. sedibus ethereis. nos habemus nostras le
ges. alligantes omnes reges. in manicis aureis. In galea se
des una. mundi lues importuna. camelos deglutiens. inuolu
ta taucepeo. cuncta uorat sicut leo. rapiens et uiuis. In pi
ratis principatur. spurius qui nominatur. sedens in insidiis.
uentre grosso lata cute. grande monstrum nec uirtute. rece
dens a uitiis. Martis huius preest dea. thetis mater achillea.
de qua sepe legimus. Que dum tumet actor ratis. spoliatur
cum piratis. et amicos repperit. sed si dea detumescit. uenti
surgunt. mare crescit. et carina deperit. Tunc concurrunt

cautes rati. donec omnes sint priuati. tam nummis quam
uestibus. tunc quierunt mercatores. tunc securi uiatores. can
tant coram foribus. Qui cautes ianitores. per quos multos se
mores. tigribus et beluis. intrat sacer auro plenus. pauper autem
et egenus. pellitur a ianuis. Quod si placet uerum scribi. unus
tantum portus ibi. una tantum insula. ad quam licet appel
lari. et fracturam reparari. cum fracta nauicula. Petrus enim
papiensis. qui electus meldensis. portus uere dicitur. nam
cum mare fluctus tollit. ipse solus mare mollit. et ad ipsum
fugitur. Est ibi maior portus. fetus ager florens ortus. pi
etatis balsamum. alexander ille meus. meus inquam cui
det deus. paradisi thalamum. Ille fouet litteratos. cunctos
malos incuruatos. si posset erigeret. uerus esset cultor dei. nisi
latus elysei. et iezi corrumperet. Franco nullius miseretur. nul
lum sexum reueretur. nulli parcit sanguini. omnes illuc do
na ferunt. illuc enim ascenderunt. tribus tribus domini. Cardina
les ut predixi. nouo iure crucifixi. uendunt patrimoni
um. petrus foris intus nero. intus lupi foris uero. sunt ag
ni ouium. Iam ius nouum symoniam. esse dicunt et sic uiam
linquunt per dementiam. hii uos docent sed indocti. docent tamen
et nox nocti. indicat scientiam. Ita dicunt cardinales.
ita solent dii carnales. inprimis allicere. spem promittunt

non p̄ donis. s; in fine lectionis. cogunt bursam uomere. Itē.

VTAR. Contra uitia carmine rebelli. mel proponunt aliī
fel supponunt melli. pectus subest ferreum deaurate pelli.
et leonis spolium induunt aselli. Disputat cum asino faci
es rebellis. mel ab ore profluit mens est plena fellis. non est to
tum melleum quod est instar mellis. facies est alia pectoris
quam pellis. Vitium in ope uirtus est in ore. tegunt pīoē
animi niueo colore. membra dolent singula capitis dolore.
et radici consonat ramus in sapore. Roma caput mundi ē.
set nil capit mundum. quod pendet a capite totum est in
mundum. trahit enim uitium primum in secundum. et de
fundo redolet quod est iuxta fundum. Roma capit singulos
& res singulorum. romanorum curia non est nisi forum. rome sunt
uenalia iura senatorum. et soluit contraria copia nummorum.
Si te forte traxerit romā uocatiuus. et si te deponere uult
accusatiuus. qui te restituere possit ablatiuus. uide quod ibi fi
deliter presens sit datiuus. In hoc consistorio siquis causam
negat. suam uel alterius hoc inprimis legat. nisi det pecuniā
roma totum negat. qui plus dat pecunie melius allegat.
Romani capitulum habent in decretis. ut petentes audiātur ma
nib; repletis. si das tibi dabitur petit quoniam petis. qua mensura
seminas hac eadem metis. Munus et peticio currunt pas

tu pari· operis uera munere si uis o pari· tullium ne timeas si
uelis cutari· quia nummus eloquentia gaudet singulari· Nu
mmus in hac curia non est qui non uacet· crux placet· rotun
ditas placet· totum placet· et cum ita placeat et romanis pla
cet· ubi nummus loquitur et lex omnis tacet· Si quo grandi
munere si quis pascat manum· frustra quis omitteret uel
iustinianum· uel scoꝝ canones· quia tanquam uanu͞· transe
unt ad paleas· ⁊ inbursant granum· Sola auaricia ~~rom~~ rome ue
nit parca· parce danti munera parco non est parca· nummus ē
ꝓ munere et ꝓ marco marca· et est minus celebris ara quam
sit arca· Cum ad papam ueneris habe ꝓ constanti· non est lo
cus paupi· soli fauet danti· uel si munus prestiti non sit
aliquanti· respondet hec tibia non est mi tanti· Papa si rem
tangimus nomen habet a re· quicquid agunt alii solus uult
papare· uel si nom͞ gallicum uis apocopare· paga paga de
le marc· si uis impetrare· Sic papa sic ianitor sic bullator
querit· cardinales etiā grex hunc uiam terit· et nisi plenarie
totum factum erit· totum mare salsum est tota cā perit·
Das istis das aliis addis dona datis· et cum satis dederis que
runt ultra satis· o uos burse turgide romam ueniatis· rome
datur potio bursis astipatis· Predatur marsupium singu
lis paulatim· magna maior maxima preda fit gradatim·

quid narrarem ſingulos, colligam ſummatim. omnes burſa
ſtrangulant. et explicant ſtatim. Burſa tedor titii morte i
mitatur. fugit res ut redeat. perit ut naſcatur. et hoc pacto lo
culum roma depredatur. ut a nummo uacuus item repleatur.
Redeunt a curia capite cornuto. ima tenet iupiter. ſumma
regit pluto. et aſcendit dignitas animali bruto. tanquam
gemma ſtercoris picturata luto. Item

ROMA. Tue mentis oblita ſanitate. deſipiſcum reſi
piſceris tarditate. lampas caret oleo male ſed mercatur.
ſponſus ut cum uenerit ſalus obumbratur. pietas nec audit
ſuperne ciuitatis. foris dum inclamitat uox calamitatis.
O ſedes apoſtolica que uix latet katholica. conuertere con
uertere. iam mundus languet ope. Perit lex. manet fex.
bibit grex uirus hoc letale. paſtor cedit. lupus redit. mor
ſu ledit per male. Claudicat eccleſia patribus orbata. ſternitur
iuſticia capite truncata. princeps tenebrarum ſe ſentit
gloriari. orbis fluxa miſeri ſtudent quem ſectari. Lu
dit ad interitum rerum coniectura. quodam uili ſcema
te, docet ut natura. baſem rei publice forte ſenatorum ma
china corrodit preſentium malorum. de qua ſed diriguit
ſtirpe ſolidatur. cuius et propagine ſolum letatur. O decus
exaltabile ſaluti collaudabile. complectere complectere. iam

languet mundus ope. Set cum sis plena uis cedat his
iustitia premantur orbe leto tristi spreto iure freto pellan
tur. Aruit spes estuans diuturnitate. secula iam pere
unt cum imbecillitate. ordo principatus mentis discrepantia
uoluitur in serie. mundo non placata. falso quoque uerita
tis conuincitur augurio. nec alius est in israhel fidem
dans centurio. Ewangelium

Initium sancti evangelii secundum marcas argenti. In illo
tempore dixit papa romanis. Cum uenerit filius hominis
ad sedem maiestatis nostre primum dicite. amice ad
quid uenisti. At ille si perseuerauerit pulsans nil dans
uobis. eicite eum in tenebras exteriores. Factum est autem
ut quidam pauper clericus ueniret ad curiam domini pape.
et exclamauit dicens. Miseremini mei saltem uos hos
tiarii pape. quia manus paupertatis tetigit me. Ego uero
egenus et pauper sum. ideo peto ut subueniatis calami
tati et miserie mee. Illi autem audientes indignati sunt
ualde. et dixerunt. amice paupertas tua tecum sit in
perditione. Vade retro sathanas. quia non sapis ea que
sapiunt nummi. Amen amen dico tibi. non intrabis in gau
dium domini tui. donec dederis nouissimum quadran
tem. Pauper uero abiit et uendidit pallium et tunicam
et uniuersa que habuit. et dedit cardinalibus et hostia

rius et camerarius. At illi dixerunt. Et hoc quid est in
ter tantos. Et eiecerunt eum ante fores. & egressus fo
ras fleuit amare. et non habens consolationem. Postea
uenit ad curiam quidam clericus diues. incrassatus in
pinguatus dilatatus. qui propter seditionem fecerat ho
micidium. hic primo dedit hostiario. secundo camerario.
tertio cardinalibus. At illi arbitrati sunt inter eos quod
essent plus accepturi. Audiens autem dominus papa cardina
les et ministros plurima dona a clerico accepisse. infir
matus est usque ad mortem. Diues uero misit sibi electu
arium aureum & argenteum. & statim sanatus est. Tunc
dominus papa ad se uocauit cardinales & ministros. & dixit eis.
Fratres uidete ne aliquis uos seducat inanibus uerbis. Ex
emplum enim do uobis. ut quemadmodum ego capio.
Ita et uos capiatis. Versus

Roma tenens morem nondum satiata priorem.
Donans donanti. partem dans participanti.
Set miser immunis censetur cum quia punis.
Accipe. sume. cape. tria sunt gratissima pape.
Nil do nil presto. nequeunt succurrere mesto.
Si dederis marcas. & eis impleueris arcas.
Culpa solueris quacumque ligatus haberis.
Non ego nosco quamuis cognoscere posco.

In quo papaliſ reſ cliſbet et imꝑialiſ.
Rex facit audenter. dn̄ſ ſ; papa latent̄.
Rex capit argentū. marcaꝝ milia centū. Effiat hīc papaꝝ cura ꝑdem.
Ergo pari pena capienteſ ſic aliena.
Condempnabunt̄. q̄ ſymoniſ acta ſecunt̄.
Curia romana n̄ querit ouē ſine lana.
Roma manuſ rodit. ſi rodere n̄ ualet. odit.

De cruce ſignatiſ 1 22

FIDES Cum ydolatria pugnauit teſte gratia. ag
ſti uultu turbida. mundi non querit regimina. ſ; forti
fidenſ pectore diueſ una cum paupe. Propheta teſte mi
ſera tu babyloniſ filia. beatuſ eſt qui paruuloſ petre
collidit tuoſ. priſci daſ penaſ ſceleriſ chaldea nunc me
tropoliſ. Iohanneſ ſup̄ beſtiam. ſedere uidit feminam.
ornatam ut eſt meretrix. in forma babyloniſ. ſ; tempus
adeſt calicis. feceſ uſq; ſceleriſ. Princepſ uocatur princi
pum. qui colla p̄mit gentium. coſtam ſcandat terra
goni. ſedentiſ ut eterni ſub herculiſ memoria. uexilla
ponenſ roſea. Nauiſ in artemonem. quem deuſ ponet ho
minem. uelum triangulatum. cuiuſ regat pulcherri
mum. hic militum tripudio. letetur paciſ uiſio. Con
fuſioniſ ciuitaſ decepit te gentilitaſ. in uiteriſ harundi
ni. cladem lature manui. reuertere reuertere. factoriſ

opuſ reſpice. Qui colunt cacodemoneſ. non fiunt illiſ ſi
mileſ. qui et fibriſ non utuntur. dum illiſ inſculpun
tur. nec uox ineſt nec ratio. nec locuſ in arbitrio. Beati ſunt
mucroneſ. quoſ portant xp̄i milites. ſuffulti cruciſ teg
mine. ſub cuiuſ gaudent robore. quorum felix atrocitas.
conſtringit te gentilitas. De uiiſ atque ſepibus. et mundi
uoluptatibus. compellimur intrare. nunc nuptiis epulare.
guſtu ſepe medullituſ. quam ſuauiſ ſit dominuſ. Nam
paniſ filiorum. fit cibus catulorum. ſub menſa pii domini. de
uerbiſ euangelii. gaude ſyrophenissa. iam uenit tua fi
lia. Forum eſt ierosolimis in campo libertatiſ. quod rex
regum inſtituit. mercator prudens aderit. qui uitam
uelit emere. feſtinet illuc currere. Non tamen ita prope
ret. quin coniugi prouideat. de rebus neceſſariiſ. una cum
paruiſ liberiſ. quod quidem niſi faciat. ignoro quid
proficiat. Sepulchrum glorioſum. prophetiſ declaratum.
inpugnatur a canibus. quibus ſanctum non dabimus. nec
porciſ margarite. mittuntur deinde. Ad multas
manſioneſ. in domo patriſ ſtabileſ. minimum trahit con
uentio. nec grauiet operatio. pondus diei preterit. merceſ
perenniſ aderit. Nouiſſimuſ fit primuſ. et primuſ fit
nouiſſimuſ. diſpar quidem uocatio. ſed par remunera
tio. dum cunctiſ laborantibus. uite datur denarius.

Non hic mutatur ſedeſ. non corrumpuntur edeſ. non ma
ior hic minori. non paup(er) ditiori. non obſtat alter alte
ri. nec locuſ obp(ro)brii.
CRVCIfigat omneſ domini crux altera. noua xpi
uulnera. arbor ſalutifera. perditur ſepulchrum. genſ
euertit extera uiolente plena gente. ſola ſedet ciuitaſ. ag
ni feduſ rumpit hedus. plorat doteſ p(er)ditaſ. ſponſa ſyon
immolatur. ananiaſ incuruatur. cornu dauid flagellatur.
mundus abdicatur ab immundis p(er) quem iſte iudicatur
mundus. O quam dignos luctuſ exulat rex omnium ba
culuſ fidelium. ſuſtinet obp(ro)brium gentiſ infideliſ. ce
dit parti gentium parſ totaliſ. genſ regaliſ. in luto et
latere. et laborat cum exploratur. moyſen fatiſcere homo
dei miſerere. fili patriſ iuſ tuere. in certo certum que
re. ducis ducum dona p(ro)merere. et lucrare uere lucis.
Quiſquiſ eſ ſignatuſ fidei karactere. fidem factiſ aſ
ſere. rugienteſ contere catuloſ leonum. miſeranſ intu
ere corde triſti. dampnum xpi. longuſ cedar incola
ſurge uide. ne de fide reputeriſ friuola. ſuda mar
tir in agone. ſpe mercediſ et corone. derelicta babylo
ne. pugna p(ro) celeſti regione. et ad uitam te compone
pugna. Curritur ad uocem nummi uel ad ſonitum
hec eſt uox ad placitum. omneſ ultra debitum. ut

23

exempla docent. utamur inuetatum. disce morem et
errorem. fac et tu similiter. hac in uita nichil uita. ui
ue et non aliter. eleri uiuas ad mensuram. qui per censu
ras censuram. quando iaces in captura. recte messem
uides iam maturam. et tu saltem per usuram mete. Si
quis in hoc artem populo non nouerit. per quam mun
do uixerit. omnia cum uiderit eligat hanc partem
ut nichil decreuerit. quod uis aude dolo fraude. nil
uitandum credidi. mundo gere morem. uere mos ge
rendus. taydi legi nichil sit astrictum. iuri nichil sit
additum. sanciatur hoc edictum. ubi uirtus est de
letum. deo nichil est relictum ibi.

QUOD. spiritu dauid precinuit. nunc exposuit no
bis deus et sic innotuit. sarracenus sepulchrum pol
luit. quo recubuit. qui pro nobis crucifixus fuit. quantum
nobis in hoc condoluit. quantum nobis propicius fuit. dum
sic uoluit mortem pati cruce. nec meruit. Refl. Ex
urgat deus. Et dissipet hostes quos habuit. postquam
prebuit sarracenis locum quo iacuit. duo ligna diu
non habuit sarreptina. quibus ut caruit. semper doluit.
et dolebit dum rehabuerit. quia nobis propicius. S una
mitis clamat pro filio. qui occubuit. nec giezi sanare
potuit. heliseus nisi met uenerit. non surrexerit. et

oſ ori recte coniunxerit. hec ſceuſ ni nunc uenerit. ni pec
cata compaſſuſ fuerit (ualerit). non habuerit eccleſia crucem qua
caruit. Et adiuuet in hoc exercitu. quoſ ſignauerit ſig
no crucis qua noſ redemerit. iam tempuſ aduene
rit uenie. quo potuerit ſe ſaluare. qui crucem ceperit.
nec uideat quiſq; quid fecerit. quib; et quot deum of
fenderit. quod ſi uiderit. et ſe ſignet huiſ ſolutuſ erit.
Exurrexit et noſ aſſurgere ei ꝑpere iam tenemur. atq;
ſuccurrere. hieruſalem ꝑdere uoluit (ualuit). ut hoc ope ſic poſ
ſemuſ culpaſ diluere. nam ſi uellet hoſtes deſtruere abſ
q; nobiſ et terram ſoluere poſſet ꝑpere. cum ſibi nil po
ſſit reſiſtere. Horſtu friunt den wahter an der cin
ne. weſ ſin ſanch uer iach. wir muͦzen unſ ſchaiden
nu lieber man. alſo ſchiet din lip nu iungeſt hinnen
do der tach uͦf brach. unde unſ diu naht ſo fluhte
chlichen tran. naht gut ſenfte. we tuͦt tach. owe her
ce lieb in mach din nu uer bergen niht. unſ nimt
diu freude gar dah grawe lieht. ſtand uͦf riter. R̄.
TONAT. Ewangelica clara uox in mundo. qui
dormiſ in puluere ſurge de ꝓfundo. luce ſua do
minuſ te illuminabit. et a maliſ omnib; animam ſal
uabit. Memor eſto iuueniſ tui creatoriſ. crux xpi te
moneat omnib; in horiſ. cape mente cogita corde de

7446

zu 25 vgl. Blätter f. Hymnol. 1885 no 9.

futuris. quod ad radicem arboris ſit poſita ſecuris. Senes
et decrepiti uobis eſt oblata. uera penitentia cruce xp̄i
data. dies ueſtra deſiit et eſt inclinata. nam ad umbrā
uergitur fine deſperata. Ecce cum fiducia uenit regnū
dei. illud primum querite uos qui eſtis rei. carnem cru
cifigite famulantes ei. et in pſalmis dicite miſerere mei.
O peccatrix anima ſi uis dealbari. et ab omni crimine pe
nitus mundari. te in cruce dn̄i oportet gloriari. et in ip
ſo penitus ab hoſte liberari. Iacob ſcale ſummitas altera
calcatur. in qua xp̄i paſſio nobis reſeratur. tyrus alta de
ſinit. in ſe reprobatur. in iudea dn̄i mons uber adoratur.
O fidelis anima clama de profundis. de terrenis fugito reb;
et inmundis. cruce xp̄i nauiga uelis in ſecundis. ne te
uentus turbinis ſuffocet in undis. Cum per ignem ueue
rit nos iudicaturus. homo dei filius nulli parcens durus.
eius omnis crucifer erit ſecurus. gratulans cum angelis
candidus et purus. In die iudicii cum ſol obſcuratur. et
lumen fidelib; crucis xp̄i datur. tunc in peccatorib; hoſtis
dominatur. ſed ab hoſte crucifer tunc omnis liberatur. Ergo
xp̄i milites fugite beati. huius mundi gloriam cruce iā
ſignati. in qua xp̄c moriens mortem ſuperauit. atque ſuo
ſanguine peccata nr̄a lauit. Quid erit cum ſtabimus an
te tribunal xp̄i. pandens ſua uulnera dicens quid fecis

ti. p̄ te crucem ſubii. quare non ſubiſti. hanc loco peniten
tie. uade iam periſti. Ergo ferens laʒarus ducatur in
exemplum. digne penitentib; ut ſit eis templum. in quo
uirtus habitat ſue paſſionis. hanc impleat et muniat
ipſe ſuis donis.

Heu. Voce flebili cogor enarrare. facinus quod acci
dit nup̄ ultra mare. quando ſaladino conceſſum eſt uaſ
tare. terram quam dignatus eſt xp̄c ſic amare. Exeun
te imo anno poſt milleno. centum et octoginta iunc
ti cum ſepteno. quo reſpexit dn̄s mundum ſorde ple
no. erigens de paup̄e paup̄em a ceno. Malus comes tri
poli mentem ferens ream. magna cum timinide te
nens tyberiam. turco ſuis fraudib; ducit in iudeam.
atq; primū occupat totam galileam. Saladinus con
uocat barbaros p̄ girum. habitantes phrigia pontum
uſq; tyrum. agarenos populos araben et ſyrum. ab
egipti finib; uſq; in epirum. Gemunt hircomili.
turgo et edite. mauri atq; getuli barbari et ſcite. fi
lii moab amon et iſmahelite. atq; cum hiis omnibus
ſunt amalechite. Turcos ac maſſagetas precipit ad
eſſe. kathari atq; ſarmates nolunt hinc abeſſe. cur
runt quadriuandili. medi atq; perſe. undiq; conue
niunt gentes ſic diuerſe. Terram intrant inclitam

tunctam deuastantes. capiunt xpicolas senes et infan
tes. et ut fere pessime sanguinem amantes. iugulant
puerulos diuidunt pregnantes. Saladino igitur terram
sic ingresso. rex atque templarii currunt ex aduerso.
totis obstant nisibus barbaro peruerso. cupientes populo sibi
uenire presso. Turchi pugnant acriter iacula mit
tentes. xpianos uulnerant. cedunt resistentes. et ut
male bestie dentibus frementes. territant sonipedes
tubis perstrepentes. Nostri se dum sentiunt ita pregra
uatos. et a malis gentibus undique uallatos. stringunt
suis manibus enses deauratos. atque truncant fortiter
barbaros armatos. Plusquam .x. milia erant xpi
ani. sed pro uno quolibet ter centum pagani. sic pugnan
do cominus bactri et hircani. uix ex nostris aliqui eua
serunt sani. Rex cum cruce capitur alii truncantur.
templarii ter centum capti decollantur. quorum nulla
corpora sepulture dantur. sed a xpo anime celo coronantur.
Nostre postquam acies ita sunt confracte. currunt
crudelissime gentes illa parte. urbem Acrim capiunt.
absque ullo marte. atque omnes alias manu simul et ar
te. Surim solam liberat nautica marinus. marchio
clarissimus uere palatinus. cuius uires approbat gre
cus et latinus. timet quoque plurimum ferox saladinus.

Latro ille peſſimus terrę deuaſtator. ꝑ quam ſuiſ pe
dib; tranſiit ſaluator. natuſ qui ex uirgine omnium
creator. in p̄ſepi ponitur celi fabricator. Inde ſiccis
pedib; maria calcauit. et ex quinq; panib; multoſ
ſatiauit. quem Johannes predicanſ digito monſtra
uit. iordanis ſentiens poſt retrogradauit. Cruci de
mum fixuſ eſt deuſ homo natuſ. aquam atq; ſangui
nem ſparſit euiſ latus. quo ac tali p̄cio munduſ eſt
ſaluatus. qui ꝑ primum hominem fuerat dampnat⁹.
Heu terra inclita terra uere bona. ſola digna ꝑſtrui
florida corona. terra cui dederat deuſ tanta bona.
heu quantum inpia te nunc cingit zona. Heu heu
dn̄e gloria iuſtoꝝ. angeloꝝ bonitaſ ſaluſ peccatoꝝ.
ecce caneſ comedunt paneſ filioꝝ. uelut aqua fun
ditur ſanguiſ nunc ſc̄oꝝ. Flete omneſ populi. flete ⁊
non parum. graueſ luctuſ facite planctum et amaꝝ.
flumina effundite undaſ lacrimaꝝ. ſic ruinā plan
gite urbium ſanctaꝝ. Flete amariſſime omneſ au
ditoreſ. magni atq; minimi frēs et ſororeſ. mutate
ī meliuſ uitam atq; moreſ. nam de celo ꝓſpicit deuſ
peccatoreſ. Dat flagella inpiuſ. punit delinquen
teſ. et ꝑ tempuſ corrigit ſtulta p̄ſumenteſ. humileſ
glorificat. deicit potentes. ſuſcipit ut filioſ digne

penitentes. Sic iratus dominus quondam iſraheli.
iudicans et nubib; et de alto celi. archam teſtamenti
accenſus igne heli. tradidiſſe legitur ꝑplo crudeli.
Set et quamuis uirib; hec putabant acta. ſunt cōpul
ſi plangere ſtatim ſua facta. coegerunt reddere
munera cum arca. nam illoꝝ uiſcera ſtabant putre
facta. Conuertamur ġ et peniteamus. mala que
commiſimus fletu deleamus. atq; deo munera dig
ne offeramus. ut placatus lacrimis donet qđ rogamꝰ.
De Bachat. Mundus porno. quod [illegible]
comedit primus homo. demonſtratur nobis tho
mo. quod priuamur uīta domo. Reſſ. Proh dolor
moyſes et aaron. rex dauid et ſalemon. hieruſalem
et geon mundus plorat et ſyon. Ecce tempus. tempꝰ
meſtum. ꝓpter plebem fit infeſtum. patet enī ma
nifeſtum. quod plebs temptat inhoneſtum. Proh dol.
Iteratur creatura. fit neuoſa ꝓ natura. quid ſup
bit limatura. de qua ſumimis nulla cura. Homo
reus captiuatur. dum hic uagus exulatur. non de
iure gratulatur. dum hic breuis moriatur. Imperator
rex grecoꝝ. minas ſpernens paganoꝝ. auro ſumpto
theſauroꝝ. parat ſumptus armatoꝝ. Reſſ. Ayos othe
os athanathos. yſma ſather. yſkyros. miſerere ky

rioſ. ſalua tuoſ famulos. Almaricus mileſ fortiſ. rex
conmuniſ. nr̄e ſortiſ. in egipto portiſ fractiſ. tutoſ
ſtrauit dire mortiſ. Ayos. Omniſ q̄ xp̄ianuſ. ad egip
tum tendat manus. ſemꝑ ibi degat ſanus. deſtruat
rex paganvs. Ayos.

Rodem. A ſollempnib; trahit ſollempniacum. ſol
lempniſ exigitur omniſ pret̄ monachum. qui tibi iu
rilia reſecauit ſarracum illum hinc accipimuſ tanq̄
demoniacum. ipſe ſoluſ lugeat reuſ apud eacum. Ex
ultemuſ et cantemuſ canticum uictorię. et clamemus
quaſ debemus laudeſ regi glorię. qui ſaluabit urbem
dauid a paganis. hodie feſtum agitur. dieſ recolitur.
in qua dagon frangitur. natuſ agar pellit̄. abime
lech uincit̄. ieruſalem eripit̄. ⁊ xp̄ianiſ reddit̄. dieſ
colamuſ g̃. Hec urbſ nobiliſſima primum regem
habuit. hec eadem maxima domino ꝯplacuit. et ſuꝑ
ap̄los ſpirituſ intonuit. Exultemus. Urbs ſacrata
celituſ et amata ſupis. legiſ tabernaculum. templū
archę et federis. in hanc mittit dominuſ ignē annis
ſingulis. hoſpitale paupum. et aſylum miſeris.

Anno. xp̄i
incarnationiſ. anno noſtrę reparationis mille
ſimo centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo. rex eterne

glorie. dono ſue gratie. tenebroſam nebulam ſciſmatiſ
fugauit. quaſſamq; nauiculam ſymoniſ ſaluauit. Hoc
chaoſ orbem obduxerat. immo infecerat anniſ quater q
tus ſciſmatum pruinis. ſcintilla karitatis alſerat. facta
iam cinis. Hoc decuſ concordie ſanxit floſ ſaxonie nr̄
felix pontifex. wichmannus omniſ pacis artifex. miri
gratia per quem talia fiunt conſilia. que hunc errorem
ualent reducere ſic ad pacis hono—rem.
Victor imperatoris enſiſ cum mucrone. petri priſci mo
tis. unitatem dimicans feliciter maioriſ uim reſecanſ
erroris. Gaude mater roma triumphalis. ecce nauta
iam uniuerſalis. de profundo maris hieme remige inte
gro portum paciſ adiuit. dum pietatiſ dex—tram
tetigit. Felix acumen huiuſ mentis. qui cum trib; elemen
tis aliuſ ac dirimit litem paciſ ligamentis. Nunc ſyon
letetur genſ. quia dominuſ exurgens. miſeranſ cor le
nit. tempuſ enim uenit. Huiuſ anni magnalia ſunt
iubilei gaudia. extirpantur zizania. flauet ſegeſ tri
ticea. et paleaſ de area. uentantur foraſ horrea. Hoc
decuſ concordie. canat uox eccleſie. hec noua tripudia.
requirat caſta ſyon filia. M. Paſſereſ illoſ qui tranſ
migrant ſupra monteſ alexander quartuſ ſagax et fideliſ
archiuenator illaqueauit. Vulpeſ que demoliuntur ui

neas captiuauit. anguem strauit. qui disseminauit disco
lum uirus quod infrigidauit. igniculum fidei quiq;
O ceca ... uit.
Omnes. Genus
demoniorum. cecorum. claudorum. siue confusorum, adtendite uis
sum meorum, et uocationem uerborum. Omnis creatura fantas
matum. que corroboratis principatum serpentis tortuosi
uenenosi. qui tertiam per superbiam stellarum partem tertiam.
gordan ingordin et ingordan. per sigillum salomonis et
per magos pharaonis. omnes uos coniuro. omnes exorcizo.
per tres magos caspar. melchior et balthasar. per regem da
uid qui saul sedauit. cum iubilauit uosq; fugauit. Vos
attestor. uos contestor per mandatum domini. ne celetis
quem soletis uos uexare hominem. ut compareatis et post
discedatis. et cum desperatis chaos incolatis. Attestor con
testor per timendum per tremendum diem iudicii eterni sup
plicii. diem miserie penis tristicie. qui ducturus est uos
in infernum. saluaturus est nos in eternum. Per nomen in
mutabile atq; ineffabile dei tetragrammaton. ut expa
ueatis et perhorreatis. uos exorcizo larue. fauni. manes.
nimphe. syrene. adriade. ades. satyri. incubi. penates.
ut cito abeatis. chaos incolatis. ne uas corrumpatis xpi
anitatis. Tu nos deus conseruare abhostibus digneris.

Amara tanta tyri pastos sycalos sycaliri.
Essulnoli scarras. polili posyliq; lyuartas.

Incipiunt iubili

IANVS annum circinat. uer estatem nuntiat. cal/
cat phebus ungula. dum in thaurum flectitur arie/
tis repagula. Refl. Amor cuncta superat. amor dura te/
rebrat. Procul sint omnia dulcia tristia gaudia. sol
lempnizent ueneris gimnasia. decet iocundari. quos
militare contigit dyoneo lari. Dum alumpnus palladis.
cytharee scolam. introissem inter multas bene cultas
uidi unam solam. facie tyndaride ac ueneris secun
secundam. plenam elegantie. et magis pudibundam.
Differentem omnib; amo differenter. nouus ignis in
me fuit et adurit indeficienter. nulla magis nobi/
lis. habilis. pulchra uel amabilis. nulla minus mo/
bilis. instabilis. infronita reperitur uel fide muta
bilis. cuius letum uiuere est meum delectari. diligi
si merear hoc meum est beari. Vincit amor om
nia regit amor omnia. Parce puer puero. faue
uenus tenero. ignem mouens. ignem fouens. ne mo
ri sit quod uixero. nec sit daphnes phebo. q̄d me ipsm
dedo. olim tyro palladis. nunc tuo iuri cedo. Item

BRUMA A ueris emula. sua iam repagula do/

let demoliri. demandat februario. ne se a solis radio
sinat de liniri. Omnis nexus elementorum legem
blandam sentit amorum. sed hymeneus eorum iugalem ordi
nat thorum. thetis alubescens deorum piorum. Set aquilonis
ira predonis elementis officit ne patiant nec tamen
in hoc proficit. sed hymeneus obicit eius se turbini. in hoc
enim numini deseruiunt dyoni. Felicibus stipendiis dy
one fixta gaudiis. gaudet suos extollere. qui se suo iugo
libere non denegant submittere. quam felici uiuere
uult eos promunere. Optat thetis auram quietis. ut celo
caput exerat. suosque fructus proferat. ceres quoque secus un
dam cursitat. et tristia sollicitat infernorum numina pro
surrepta proserpina. Elementa supra coeunt et infera.
hinc illis uocabula sunt attributa mascula. illis ue
ro feminina congrue sunt deputata nomina. quia
rerum semina concipiunt ut femina. Sol quia reg
nat in piscibus celestibus dat copiam plenariam piscati
oni. reddens formam turbide iunoni. Ista phison
decantabat iuxta regis filiam. egram que se simulabat
dum preerit per uiam desponsari. Set hec granus notans
sponso retulit. mox truncatur ut profanus. tandem spon
so detulit. piorum. I T E M.

IAM ver oritur: ueriſ flore uariata telluſ redimitur.
excitat in gaudium cor concentus auium. uoce relati-
ua iouem ſalutantium. in hys philomena thereum re-
iterat. et iam fatum antiquatum querule retractat. ſer-
uum fatiſ obicit itum pditum. merula coralica carmi-
na coaptat. Iſtiſ inſultantib; caſib; fatalib; in choree ſpe-
ciem reſ recipcatur. hiſ autem concilius noſter adeſt iu-
piter cum ſua iunone. cupido cum dyone. poſt hoſ arc⁹
ſtellifer. et narciſſuſ floriger. orpheuſq; plectiger. fauuſ
quoq; corniger. Inter hec ſollempnia communia alterno
motu laterum laſciue iactant corpa collata. nunc occur-
renſ nunc pcurrenſ concio pennata. Merguſ aquatic⁹.
aquila munificuſ. bubo noctiuagus. cignuſ flumine⁹.
fenix unica. pdix letargica. hirundo domeſtica. colum-
ba turtiſona. upupa gallicea. anſer ſagax. uultur edax.
pſitacuſ gelboicus. miluus girouaguſ. alaudula gar-
rula. ciconia roſtriſona. Hiſ et conſimilib; paria ſunt
gaudia. demulcet enim omnia hec concorſ conſonantia.
Tempuſ eſt leticie nr̄o tempe. uernant floreſ in pratiſ ui-
rentib;. et ſuiſ reb; decuſ auget pheb; ĩnriſ finib;. Item
ECCE chorus uirginum tempore uernali. dum
ſoliſ incendium radioſ equali moderatur ordine

iubilo femoto. fronde pausa tilie cipridis in uoto. Reƒ.
Cypridis in uoto fronde pausa tilie cypridis in uoto.
In hac ualle florida floreus flagiatus. inter septa lilia
locus purpuratus. dum garritus merule dulciter allu
dit. philomena carmine dulcia concludit. Acies uir
ginea redimita flore. quis enarret talia quantoq; de
core prenitent ad libidinum ueneris occulta dido ne
eis meritum pferat inulta. Per florenta nemoꝝ me
fortuna uexit. artum cupidineum uernula retexit.
quam inter ueneream diligo cohortem. langueo dū
uideo libiti consortem. Questio p singula oritur ho
nesta. potiorq; dignitas casta uel incesta. flora con
sors phillidis est sententiata. caste non est similis tur
piter amata. Iuno pallas clyope. cytharea dura. affir
mant interpte flora uerbi iura. flagrabit felicius nec
tare mellito. castam amans potius quam in infinito.
Iura grata refero puellarum ludis. iugeant in psp
pertice futuris. actib; emeritas nulla salutaris. contin
gat iocunditas spes adulta caris. Item
CAPTVS amore graui. me pariem repar aui. fe
dere iuncto mari. que peul erhta uident nec modulan
do silent. Ire p inde libet psallere uirgo pridem. non

semper hec ibidem. quam scrutabundus amor notarat et
amator. Hinc ortus ille clamor est bilis amarissima.
qualem gignit sardonia. In incentiuo ueneris eiusque
miri generis militiam proponere. non posse uotum solue
re. Hec ecce uirgo inclita. tibi notabis edita. Amor in
stillat quare. te uirgo salutare. uelim sed horius graue ui
deris acerbare. Dum affluis in meritum. graue ferens
imperium. uilipendens obloquium. me minans in in
teritum. fidens promittens alteri. contradicendo cypri
di. Ecce querimonia quam genuit amor. me misit
in suspiria uenereus fauor. Cuncta spreui uirginum
ego tripudia. te uolens michi iungere. modo diludia.
ueris inique gratiam. sed iam alterius captas beniuolen
tiam. quo nil deterius. Nil queo fari. nec solari me cu
rat glicerium. Me fastidit et allidit estimans ingloriū.
ella gero cum seuero cypridis ob meritum. Dum mens
TRANSIIT. Nix et glacies, spirante Favonio terre nitet facies, ortu florum vario et michi materies amor est quem sentio ad gaudia. Rest. Temporis nos ammonet lascivia. Illa pro qua gravior mens amorem patitur. visu plus asperior nec michi compatitur. amans et non mentior nec vivit nec moritur ad gaudia. Hic amor. hic odium. quid eligam nescio. sic febre indubium. si cum pane respicio me fruatur inscium, et prorsus deficio ad gaudia. Non est finis precibus quamvis cantum finiam, superis faventibus adhuc illi serviam unde letis plausibus, optata percipiam ad gaudia.

Agnosco uestigia rursus flamme ueteris, planctus et suspiria noua signa ueneris, aquo monet tristia amantes preteritis ad gaudia.

Vvaz ist für daz senen gut daz wip nah lieben manne hat. wie g̃ne daz min herze erchande wan daz iz so bedwngen stat. also tet ein vrowe schone an ein ende ih des wol chôme. ~~wan~~ wan div hu te seiten sin v̓gezzen wirt in minem mute. Item.

PRAGA. Iam rident omnia dulce est flores carpere si nox donat hiis sompnia qui semper uellent ludere ue ue miser quid faciam uenus michi subuenias tuam iam colo gra tiam. Plangit cor meum misere quia caret solatio si uelles hoc cognoscere bene posses ut sentio. o tu uirgo pulcherrima si non audis me miserum michi mors est aspri ma. Tempus accedit floridum. hyemps discedit tenere. omne quod fuit aridum germen suum uult gignere quamdiu mo do uixeris semper letare iuuenis quia nescis cum deperis. Ducis ap paris omnibus et es michi dulcissima tu preeminens uirginibus incedis ut castissima o tu mitis considera nam pre gemitu passus sum et suspiria.

d' g.eb
Der alder werlt ein meister si der lie ben güten tach. von der ih wolgetroster pin si hat mir gar min ungemach, mit ir güte gar benomen unstete hat si mir erwert. ih pin sin an ir genade chomen. Item.

NOBILIS. mei miserere precor. tua facies ensis est quo

necco. nam medullitus amat meum te cor subueni. Ref.
Amor improbus omnia superat subueni. Come spetulas tue eli
ciunt cordi sedulas flammas. adiciunt hebet animus uires
deficiunt subueni. Ordo roseus spirat labiis speciosior pre
cunctis filiis melle dulcior pulchrior liliis. Decor preualet
candori etherus ad pretorium presentor. ueneris ecce preo sim
subuenens subueni. Edile vrowe min gnade mane ih dich
din wunechlicher schin. wil gar uerderber mich. suze erchenne
dich din lip der ist mir ze wunechlich. Ref. Nach im ist
mir not suze vrowe gnade ih pin tot. ....

SIC. mea fata canendo soleo. ut nece proxima facit ho
lor roseus effugit ore color. blandus inest meo cordi
dolor cura crescente labore uigente uigore labente
miser morior. Hei morior hei morior hei morior ut quod a
mem cogor et non amor. Si me dignetur quam desidero
felicitate iouem supero. nocte cum illa si dormiero si sua la
bra semel suxero. mortem subire. placenter obire. uitamque fi
nire libens potero hei potero hei potero hei potero tanta si gau
dia recepero. Vbera cum animaduerterem optaui manus ut
inuoluerem simplicibus mammis ut alluderem sic cogitan
do sensi uenerem. sedit in ore rosa cum pudore. pulsatus
amore quod os lamberem. Hei lamberem hei lamberem hei

Subuene

lamberem luxuriando per caracterem. ITEM.

LINGUA mendax et dolosa lingua per quam venenosa, lingua digna detruncari et in igne concremari. Que me dicit deceptorem et non fidum amatorem quam amabam dimisisse et ad alteram transisse. Unde iuro musas novem quod et maius est per Iovem quam per dane sump sit auri, in europa formam thauri tyrii. Sciat deus sciant dii non sum reus huius rei sciant dii sciat deus huius rei non sum reus. Iuro phebum iuro martem qui amoris sciunt artem iuro quoque te cupido arcum cuius reformido. Arcum iuro cum sagittis quas frequenter in me mittis sine fraude sine dolo. fedus hoc servare volo. Volo fedus observare et ad hec dicemus quare: inter choros puellarum nichil vidi tam preclarum. Inter quas appares ita ut in auro margarita. humeri pectus et venter sunt formata tam decenter. Frons et gula labra mentum dant amoris alimentum crines eius adamavi quoniam fuere flavi. Ergo cum nox erit dies et cum labor erit quies et cum silva sine lignis et cum aqua erit ignis. Et cum mare sine velis et cum parthus sine telis. cara michi semper eris nisi fallar non falleris. DE EODEM.

DOLEO. quod nimium patior exilium pereat hoc studium sinenire si non vehit gaudium

O Curas hominum quos curat curia
[E]loquentium studia non habent terminum. talium fidem
miraretur desereret phylades amicum. alter enim
theseus suum fastidit thesea. ubi regnat pitheus et fati ludit alea.

Ab aula principis si nichil habeas oportet abeas. spem uanam
concipis tenui fortuna omnimoda ad commoda. omnium mendicina. a quo nil emungitur opus perdit et operam. quod habenti dabitur omnes tenent ad literam. In leuium uertitur censure leuitas sine ta seueritas danti remittitur. explicas decreta ad libitum si sonitum dederit moneta. plenus est sacculus pena dei diluitur. locum dic a loculis unde locus si querit.

Diligitur colitur quem sors illuminat e...re
Spernitur et premitur qui nulla uidetur habe...
Si fueris diues multis laude frue...ris
At neglectus eris si copia nulla sit e...

ARISTIPE. Quamuis seruo tuo tamen quero
[A]tuum consilio. quid Rome faciam mentiri nescio. potentium gratiam dat adulatio. si mendaci uitat uero, uerum numquam carus ero. meretur histrio uirtutis premium. dum palpat uicium dulci mendacio. Dyogenes quid intendas uis honores uis prebendas id primum explices. presunt ecclesiis hi quibus displices. nisi te uiciis illorum implices gratus eris si

commendaſ in prelato uitę mundaſ. aucuparum complices miniſ
troſ ſceleris amant prepetens noſtri pontifices. Nec potentium
diuiciis applaudere. nec fauorem querere corde loquens
duplici. ueritate ſimplici ſemper uti ſoleo. dare famam doleo
quicquam preter merita. nec impinguo capita peccatoris
oleo. Ergo paci exules ſi mentiri dubitas. ſimplex enim
ueritas multos fecit exules. cole noſtros preſules. mollibus
blandiciis. nec inſultans uiciis uerbis hos exaſperes. horum ſi
deſideres frui beneficiis. Ergo ſicut conſulis expedit ut ta
ceam. blandies uel taceam mollibus auriculis potentium qui
bus me uis ſic placere. adulari uel tacere. michi ponis me
dium ſicque quaſi faueam alienę ſubeam culpę participium.
Culpe participio ne formidem polliu ſi potentum perſtrui uis
fauore uicio. potentium conuictu pari tuos ſibi conforma
ri. in regum participes in proximis prethey ꝛ ſequaces orphei ſa
dotum principes. Vade retro ſathanas. tuas tolle fabulas.
quicquid enim conſulis falſitatis organa uoces adulanci
um deuoueo. nullumque foueo blandiendo uicium. ſed falſo
nis nomen careſ cuius ſemper declinaui fraudis artificium.
Ergo uiuas modicus ꝛ contentus modico. nil eſt opus cyniaco
ſi uis eſſe cynicus. dicas uale curijs ꝛ habeas ꝛ nec te ſic habeant
ut applaudas uiciis cum peruerſo perueris ſi potentum geris queri
eſſe contubernius.

Sunt detractores inimicis deteriores
Retro rodentes et coram blanda loquentes
Sunt magis infesti quoniam non sunt manifesti.
Lingua susurronis est peior felle draconis

ESTUANS interius ira vehementi in amaritudine loquar mee menti. factus de materia cinis elementi. folio sum similis de quo ludunt venti. Cum sit enim proprium viro sapienti. supra petram ponere sedem fundamenti. stultus ego comparor fluvio labenti. sub eodem tramite numquam permanenti. Feror ego veluti sine nauta navis. ut per vias aeris vaga fertur avis non me tenent vincula non me tenet clavis. quero michi similes et adiungor pravis. Michi cordis gravitas res videtur gravis. iocus est amabilis dulciorque favis. quicquid venus imperat labor est suavis. que nunquam in cordibus habitat ignavis. Via lata gradior more iuventutis. implicor et vitiis immemor virtutis. voluptatis avidus magis quam salutis. mortuus in anima curam gero cutis. Presul discretissime veniam te precor. morte bona morior dulci nece necor. meum pectus sauciat puellarum decor et quas tactu nequeo saltem corde mechor. Res est arduissima vincere naturam. in aspectu virginis mentem esse puram. iuvenes non possumus legem sequi duram. iuvenumque corporum non habere

curam. Quis in igne positus igne non uratur. quis papie
demorans castus habeatur. ubi uenus digito iuuenes uenatur.
oculos illaqueat facies predatur. Si feras ypolitum hodie
papie. non erit ypolitus in sequenti die. ueneris ad thala
mum omnes currunt uie. non est intot turribus turris
galathie. Secundo redarguor etiam de ludo. sed cum ludus
corpore me dimittat ludo (nudo). frigidus exterius mentis estu sudo.
tunc uersus et carmina meliora cudo. Tertio capitulo me
memoro   moro tabernam. illam nullo tempore spreui neque spernam. do
nec sanctos angelos uenientes cernam. cantantes pro mortuis re
quiem eternam. Meum est propositum in taberna mori. ubi ui
na proxima morientis ori. tunc cantabunt letius angelorum
chori. deus sit propicius isti potatori. Poculis accenditur ani
mi lucerna. cor imbutum nectare. uolat ad superna. michi
sapit dulcius uinum de taberna. quam quod aqua miscuit
presulis pincerna. Loca uitant publica quidam poetarum.
secretas eligunt sedes latebrarum. student instant uigi
lant nec laborant parum. et uix inde (ex) reddere possunt opus
clarum. Ieiunant et abstinent poetarum chori. uitant
rixas publicas et tumultus fori. et ut opus faciant quod
non possint mori. moriuntur studio subditi labori. Ta
les uersus facio quale uinum bibo. nichil possum facere

nisi sumpto cibo. nichil ualent penitus que ieiunus scribo.
Nasonem post calicem carmine preibo. Michi numquam
spiritus poetrie datur. nisi prius fuerit uenter bene satur.
cum in arce cerebri bachus dominatur. in me phebus irruit
et miranda fatur. Unicuique proprium dat natura munus.
ego numquam potui scribere ieiunus. me ieiunum uincere
posset puer unus. sitim et ieiunium odi tamquam funus.
Unicuique proprium dat natura donum. ego uersus faciens
bibo uinum bonum. et quod habent purius dolia cauponum.
tale uinum generat copiam sermonum. Ecce mee prodi ‖ purius
tor prauitatis fui. de qua me redarguunt seruientes
tui. sed eorum nullus accusator fuit. quamuis ue[illegible]lint
ludere seculoque frui. Iam nunc in presen[illegible]tia
presulis beati. secundum dominici regulam
mandati. mittat in me lapidem neque parcat uati. cuius
non est aliquis conscius peccati. Sum locutus contra me
quicquid de me noui. et uirus euomui quod tam diu foui.
uita uetus ductus displicet mores placent noui. homo uidet
faciem corda patent Ioui. Nam uirtutes diligo uiciis irascor.
renouatus animo spiritu renascor. quasi modo genitus
nouo lacte pascor. ne sit michi amplius uanitatis uas cor.
Electe colonie presul nunc egenti. fac misericordiam famulo

petenti. ⁊ da penitentiam accipe penitenti. feram quicquid
uiſſeris animo libenti. Aſſis ergo ſubditis imitatorem ſtatui.
parcit cunctis ſubditis leo rex ferarum ⁊ uos idem facite
principes terrarum. quod caret dulcedine nimis eſt ama
rum. Cum ſit fama multiplex dece diuulgata. ueritati
conſonent omnia prolata. colorare ſtultum eſt bene co
lorata. ⁊ non decet aliquem ſerere iam ſata. Raptus ergo
ſpecie fame decurrentis. uerti non in modicum uerba da
re uenientis. ſed ut uocem gratie de profundo mentis. precepit ſed do
minus trahat offerentis. Vide ſi complaceat tibi me tenere.
in ſcribendis litteris centum ſum ualere. et ſi forſan accidat opus
in minis [illegible] uices dictamine potero ſupplere. Hoc ſi recuſa
[illegible] uerſaudi quod attendas paupertatis onere
pie condeſcendas. ⁊ ad penas hominis huius depellen
das. curam aliquatenus muneris impendas. Pater mi ſub
breui tam multa comprehendi. quia doctis decens eſt modus
hic loquendi. et ut prorſus reſecem notam applaudendi. non
in uerbo locius placuit protendi. VERSUS.

Si quis diſpliceat prauis non ſollicitatur.
Cum non ſit prauus nemo placere poteſt.
Opto placere bonis prauis odioſus haberi.
Nam ſolent odio ſemper habere prauos.

DENUDATA . Veritate succinctaque: Conflictu vini et aque .
brevitate. ratione varia. dico quod non copulari debent
immo separari que sunt adversaria. Cum in cipho
reponuntur: vinum aqua coniunguntur: talis coniunc
tio non est bona nec laudari debet immo nuncupari melius
confusio. Vinum sentit aquam secum. Dolens inquit quis te
mecum ausus est coniungere: surge exi vade foras nec
eodem loco moras mecum debes facere. Vilis morum et inverecun
da. rimas queris ut immunda mundi loca subeas. subter terram
debes ire. et cum terra commisceri. ut in lutum transeas.
Mensa per te non ornatur. nullus homo fabulatur. in tui pre
sentia. sed qui prius est iocundus. ridens verborum facundus.
non rumpit silentia. Cum quis de te forte potat. si sit sanus
tunc egrotat. conturbas precordia. tonat venter surgit ven
tus. qui inclusus non ademptus multa dat suspiria. Sed
cum venter est inflatus. tunc diversos reddit flatus. exi
tuque gutture. et cum ita dispensatur venter perturbatur.
acorrupto munere: Aqua contra surgit ita.
turpis iacet tua vita in magna miseria. Qui sunt tui
potatores vitam perdunt atque mores tendunt et ad vicia.
Tu scis linguas impedire: titubando solet ire tua sumens
basia. verba recte non discernens. centum putat esse cernens

duo luminaria. Et qui tuus est amator, homicida fornica-
tor, dyrrus, Geta, Byrria, tales tibi famulantur; tales de te glo-
riantur taberniali curia. Propter tuam pravitatem nullam
habes libertatem, domos tenes parvulas, sed ego magna sum in
mundo, dissoluta me diffundo per terre particulas. Poto vinum dono
sitienti, ad salutem me querenti valde necessaria.

In cratere meo Thetis est sociata Deo. Versus.
Est dea iuncta deo iuncti deo, sed dea maior eo.
Non valet hic vel ea nisi quando sunt pharisea.
Hec duo preterea sit deus absque dea.
Res tam diverse, licet utraque sit bona per se.
Dum sic perverse coeunt, perdunt pariter se.
Non reminiscaris quod adescas architriclum.
Ingratis domini non est coniux aqua vini.

Si quis deciorum dulces officio. Item.
gaudet lusciagorum esse consortio vinum nunquam spernat,
diligat tabernas. Bachi qui hanc est spiritus infusio gen-
tes alliciat bibendi studio, curarumque tedium solvat et dat gau-
dium. Terminum nullum teneat nostra contio, bibat funditus
confisa decio, nam ferre scimus tunc fortune clipeum. Circa
frequens studium sis sedula, apta digitos gens eius emula.
ad fraudem decii sub spe stipendii. Qui perdit pallium sat

ſcit eſſe decium fortune nuncium. ſibi non proſperis dum ludit
temere gratis uolens bibere. Luſorum ſtudia ſunt fraudis conſcia.
pretenuis tedia ſit illi gaudium. qui tenet pallium pro fraudis in
dicium. Nemiretur homo talis quem tuis eſſe nudauit. nam ſors
item cogit talis clare penas factis malis ioucemque beauit. Ut
plus ludat quem ſors nudat: lucri ſpes hortatur: ſed dum ue
ſtes trahunt ueſtes non auxiliatur. In taberna fraus continua
ſemper eſt in ludo. hanc qui amat ſepe clamat ſedens dorſo nu
do. Ve tuis donis decie. tibi fraus et inſidie: turbam facis lu
dentium. paris ſtridorem dentium. luſorum cuius ſtudiis ſunt
fraudes et rapina. que michi ſupplicium mortis dant ruina
Fortune dona primitus uoluntas eſt in uerſa in meque michi
penitus nouercatur auerſa. In ualle ſeparabſidis ſtat fron
te capillata. que nunc autis aſpidis habet retro caluata. Se huch
clamat nudus in frigore: cui gelu riget in pectore: quem tre
mor angit nudo corpore. dum optat ut ſedeat eſtatis tempore
ſub arbore. Per decium ſupplicium ſuis datur cultoribus.
quos ſeuiens urget hyemps ſemper ſuis temporibus. Sub di
gito ſollicito latet fraus et deceptio. unde oritur dum luditur
ſepe litis diſſenſio. Deceptoris eſt mos ueloces et tardos ſ
graues fraudis ſors ſunt ſecum decii ſic fuit conſcii dum ludent
ſocii. Sub quorum ſtudio fraus et deceptio. regnant cum decio

non equiſ legibuſ dampnanduſ animuſ ſʒ in nexiſ retibuſ.
Corde ſi quiſ tam deuoto ludum imitatur. huiuſ rei teſtiſ otto.
cholum cuiuſ regit glotto. quod ſepe nudatur. Cauſa ludi ſepe
nudi ſunt mei conſorteſ. dum ſic preſtem ſuper ueſtem meam
mittunt ſorteſ. Heu pro ludo ſepe nudo dat ueſtem ſaccuſ. ſed
dum penaſ mortiſ uenaſ. dat neſcire bachuſ. Tunc ſalutant
pincernarum ⁊ laudant tabernarium. excluditur denariuſ pro
fertur ſermo uariuſ. o euſal miſir beſcher dem wirt. tunc eum
oſculantur wir enahten nihuf dennin ſʒ bacho famulamur.
Tunc rotant ciphi deſuper ⁊ canna pluit muſtum. ⁊ qui potaue
rit nuper bibat pluſ quam ſit iuſtum. Tunc poſtulantur teſ
ſere poculiſ iactantur. nec de furore boree quicquam premeditatur.

In taberna quando ſumuſ. Item de eodem.
non curamuſ quid ſit humuſ. ſed ad ludum properamuſ.
cui ſemper inſudamuſ. quid agatur in taberna ubi num
muſ eſt pincerna. hoc eſt opuſ ut queratur. ſʒ quid loquar au
diatur. Quidam ludunt quidam bibunt. quidam indiſcre
te uiuunt ſʒ in ludo qui morantur. ex hiis quidam denudantur.
quidam ibi ueſtiuntur. quidam ſaccis induuntur. ibi nul
luſ timet mortem. ſʒ pro bacho mittunt ſortem. Primo pro num
mata uini. ex hac bibunt libertini. ſemel bibunt pro captiuiſ.
poſt hec bibunt ter pro uiuiſ. quater pro chriſtianiſ cunctiſ. quinquieſ

es pro fidelibus defunctis. Sexies pro sororibus vanis. Septies pro
militibus vanis silvanis. Octies pro fratribus perversis. Novies pro mo
nachis dispersis. Decies pro navigantibus. Undecies pro discordantibus. Duo
decies pro penitentibus. Tredecies pro iter agentibus. Tam pro papa quam
pro rege. bibunt omnes sine lege. Bibit hera bibit herus. bi
bit miles bibit clerus. bibit ille bibit illa. bibit servus cum
ancilla. bibit velox bibit piger. bibit albus bibit niger. bibit
constans bibit vagus. bibit rudis bibit magus. Bibit pauper
et egrotus. bibit exul et ignotus. bibit puer bibit canus. bibit
presul et decanus. bibit soror bibit frater. bibit anus bibit mater.
bibit ista bibit ille. bibunt centum bibunt mille. Parum
durant centum sex nummate. ubi ipsi immoderate bibunt
omnes sine meta. quamvis bibant mente leta. sic nos rodunt
omnes gentes. et sic erimus egentes. qui nos rodunt confundantur.
et cum iustis non scribantur. Item alia.

Dum domus lapidea foro sita cernitur et estatis ros-
sea visus dum allicitur. dulcis fervet loci locus hic est
hospitii. Bachus tollat venus molliat in bursa pecto
ra et immutet et computet vestes in pignora. Molles cibos esse
inpinguari dilatari studeamus ex adipe alacriter bibere.
Heu quam est iam vita potatoris. qui aurium tempestatum felix
sedat et meroris. dum flavescat vinum in vitro sub rubei colore.

Bibuli lagenam abſidebent uino plenam. uinum mixtum mellifluo
odore
ſapore: claretum forte nectareo ſapore; cyphos crebros repetunt uiſe
de maieſtatis. in qua iugum inops pdit ſue paupertatis. Ex do
mo ſtrepunt greſſu inequali. naſturcio pcumbunt plateali
fratres nudi carent penula. ad tertiam pmi flectunt genua. in
luto ſtrati dicunt orate: p poſteriora dorſi uox auditur leuate:
exaudite iam ueſtre ſunt orationes. qr reſpexit bachus ueſtras
conpunctiones. Omnes dicunt ſurgite eamus. uenter expoſcat
ut paululum edamus. ſtomachus recuſat potum diu carens ce
na. & ſimplex erit gaudium ſi cutis non ſit plena. VERS.

Mella cibus dulcis ſunt ſepe nocentia multis.
Eſca quidem ſimplex ſanum facit atque ualentem.
Diuicie dulces pluribus ille graues.
Inſanum multas deſtruere cibis

497 VBI. Bachi meritum incitat Item. Al.
Pulliculum pcula feſtiua. non meum ſunt captiua. bachū
colo ſine dolo. quia uolo. quod os meum bibat. Hac in
plana tabula. mora detur ſedula. pares noſtri ſortes. pugnant
ſicut fortes. nam p ludum fero ducium. deſum nudum. ut
mei conſortes. numquam erit habilis. qui non eſt inſtabilis.
& corde iocundo. non ſit uagus mundo. & recurrat & tranſcurrat.
& diſcurrat in orbe rotundo. Symon in aſſaciam. uiſitare pa

tiam uenit ad confratres uiſitare pres ubi uinum. ⁊ albinum
⁊ rufinum potant noſtri fratres. Item alia.

BACHE. Bene uenies gratus ⁊ optatus. per quem noſter
animus fit letificatus. Refl. Iſtud uinum
bonum uinum. uinum generoſum. reddit uirum cu
rialem probum animoſum. Iſte cyphus concauus. de bono mero
plenus. ſiquis bibit ſepius. ſatur fit ⁊ ebrius. Hec ſunt uaſa re
gia quibus ſpoliatur. ieruſalem ⁊ regalis babilon ditatur. Ex
hoc cypho conſcii bibent ſui domini. bibent ſui ſocii. bibent ⁊
amici. Bachus forte ſuperans. pectora uirorum. in amorem con
citat animos eorum. Bachus ſepe uiſitans mulierum genus.
facit eas ſubditas tibi o tu uenus. Bachus uenas penetrans
calido liquore. facit eas igneas ueneris ardore. Bachus lenis le
niens curas ⁊ dolores. confert iocum. gaudia. riſus ⁊ amores. Bachus
mentem femine ſolet hic lenire. cogit eam citius uiro conſentire.
A qua preſus cogitum nequit impetrare. bachus illam facile ſo
let expugnare. Bachus numen faciens hominem iocundum.
reddit eum pariter doctum ⁊ facundum. Bache deus inclite
omnes hic aſtantes. leti ſumus munera tua pitibantes. Omnes
tibi canimus maxima preconia. te laudantes merito tempora per omnia.
Tu uas bache loqui. tu comprimis ora loquacis. VERSVS.
Vitas declinas triſtia leta facis.

Conciliat hoſtes, tu rumpis federa pacis.
Et qui nulla ſciunt omnia ſcire facis.
Multis clauſa ſeris tibi panditur archa thenacis.
Tu das ut detur, nil dare poſſe facis.
Das ceco uiſum, das claudo currere ſaltacis.
Crederis eſſe deus, hec quia cuncta facis.
Ergo bibamus, ne ſitiamus, uas repleamus.
Quiſque ſuorum poſteriorum ſiue priorum
Sit ſine cura morte futura repentina.
Pone merum et talos, pereat qui craſtina curet.
Bachus erat captus unicuique tenacibus aptus.
Noluit ergo deus carcereus eſſe reus.
Eſt in conclaui, diſrupit uincula ſuaui.
Et factis fortibus uelut claris



POTATORES exquiſiti, licet ſitis ſine ſiti, et bibatis expediti et cyphorum inobliti, cyphi crebro repetiti non dormiant, et ſermones inauditi proſiliant. Qui potare non poteſtis, ite procul ab his feſtis, non eſt locus hic modeſtis. Inter letos mos agreſtis modeſtie, et eſt ſue certus teſtis

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

ignauie. Siquiſ lantat hic forte: qui non curat uinum forte. oſ-
tendantur illi porte: exeat ab hac cohorte: plus eſt nobiſ morte
grauis ſi maneat. ſi recedat a conſorte tunc peccat. Dea deo ne-
ſcia iungatur: deam deus aſpernatur: nam qui liber appellatur.
libertate gloriatur. uirtus eius adnullatur; in pocalis. et uinum
debilitatur in poculis. Cum regina ſit in mari. dea poteſt appel-
lari. ſed indigna tanto pari. quem preſumat oſculari. nunquam
bachus adaquari. ſe uoluit. nec ſe liber libaptizari ſuſtinuit.

HIEMALI. Tempore Item vii sup.

Hiemali tempore dum prata marcent frigore; et aque congeleſcunt. conſ-
runt ineſtiario. qui regnat cum decio. et poſtquam con-
ualeſcunt ſocius a ſocio. ludus incitatur. qui ueſtitus uenerat nu-
duſ repatitur. et trepidant diuitie. cui paupertas ſemper ſeruit
libere. Salutemus ſocii. nos qui ſumuſ bibuli. tabernam ſicco
ore; potemus alacriter. ciphi impleantur iugiter. potemus ſo-
lito more. plana detur tabula. ſorteſ concedantur. pro nummis
et pocalis ueſteſ mutantur. eia nunc appareat. cui ſoes [illegible] magis
aut fortuna faueat. Nox ſtupam egreditur: a chaldeo recipitur.
eius conditioneſ quaſſantur mandibule. nuduſ clamat ue
ue ue. currunt denteſ in agone. o infelix nimium cur
uenis de calore. decantans regem martyrum deferens in
ore. hei hec eſt regula. x. quam nobis cuiſ erit morbida.

180r

Vns seit von lutringen helfrich wie zwene rechen lobelich ze
lemuote bechomen. Ekke unde ovch her dieterich si waren bei
de waslich da von si schaden namen. als vinster was der tan
da si an ander funden her dietrich unt mit manneſ chraft den
walt also unchunden. Ekke der chom dar gegan er lie da hei
me wiſſe wil daz was niht wolgetan. L t kan at.

VRBS. Salue regia treuir urbs urbium. pro quam laſ
ciuia redit ad gaudium. floreſcat patria flores ſodali
um p dulzor. Refl. Her wirt tragent her nu
win vrolich suln wir bi dem sin. Treuir. metropolim urbs
amenissima. que bachum recolis bacho gratissima. da tu ..is mobi
uina fortiſſima. p dulzor. Ars dialetica nil probat verius. gens
teutonica nil potat melius. et plus munificus sua dans largius.
p dulzor. Louis in ſolio cominuque ſuſpenſis fuit iudicio concurſu
ueneris. vasa rosarios dare precedens. p dulzor. Quid est ioani
duus presigni facie: rosa rosarios decoiat hodie: unde uox letius
sonat letitie p dulzor. L t kan. a t.

HOſpes laudatur. ſi habunde datur: ut bene bibatur: et
hec repete: Reuſal ſit nobiſcum o pecharie. modo bibi
te: ſortes apponite. Locus eſt generalis ubi potus eſt
uenalis. quem uendit ſocialis femina. Pincerna tunc letatur.
habunde propinatur. de uino meliori atque leniori et hec repete:

Bachus ad amorem instigat iuniorem. mente rigidiorem. et hec
propter. Hic est locus annualis festumque natalis. ubi liberalis est
ista regula. Cum ergo salutamus vinum tunc cantamus.
te deum laudamus. et hoc propter. Nos qui propinamus. et vina
potamus. prius non bibamus. donec dicamus. Bachus est
suavis. fit tamen sepe gravis. bibentibus incaute: hec immo
deute. Proinde non obmittatur. sed lautius bibatur. dignus
iam mittatur. et hoc propter. Ergo nos ludamus. sortes proiciamus
letanter bibamus. et hoc propter: VERSUS.

Vacuus quando bibit que non sunt debita dicit
Cum bene potatur que non sunt debita fatur.
Cum bene sum potus tunc versibus effluo totus.
Cum sicco sicce. nec in hec nec in hec nec in hoc cor-



Tessera blandita fueras michi quando tenebam.

Tessera perfida concaua res mala tessera grandis.
Tessara mater est omnis perdicionis.
Tessara deponit hominem summe rationis.
Sunt comites ludi mendacia iurgia nudi.
Rara fides furta macies substantia curta
Hii tres ecce canes segnes celeres et inanes
Sunt mea spes quia dant michi res et multiplicant es.
Pignora cum nummis cum castris predia summus.
Venantur te predantur michi sic famulantur.
Littera bis bina me dat uel sillaba trina.
Si michi demantur capud ex reliquo generatur.
Bestia succenter peruius ero tecta decenter.
Nil si uertor ero nil sum laico neque clero.



Roch pedes regina senex eques insuper et rex
Conflictibus uecat eclichis uox martis ad ictus
Vox sonat in rama trahe tost capud scacche clama.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Victus ab hoste gemat qui dum fit schach weh et [illegible] mat.



Qui uult egregium scachorum noscere ludum.

Audiat ut potui carmina composui

Versibus in paucis dicam sibi singula ludi. Quatuor in tabula bis colore est uaria.

Albescit primus rubet atque colore secundus. Aut nigrum aut clarum pingitur aut rubeum.

In primo rochus committere bella minatur. Statque secundus eques iudicis iura tenens.

Tercius alficus custos regalis habetur. Rex comitus retinet femina quinta sedet.

Post illos peditum reuocatur ordo priorum. Sedit et in unum turba per extra peditum.

Stat pedes et dextrum rapit et de parte sinistra. Quem sub diuisum cernit oppositum.

Et si quando datur tabule sub tangere summam. Regine solitum suscipit officium.

Et factus mulier rex fertur arbiter peret. Imperat et regnat hinc capit in [illegible]abar.

Bella mouent primi pedites labuntur et ipsi. Et reliquis tumida dant munere ouia.

Per tabule spacium recho conceditur ire. In qua parte uelit si nichil obsistit.

Maior maiores rapit et fallendo minorem. Sepius et minimus fallitur a socius.

Bellice insignis prudens certus aptus et armis. Currit eques rapido quo patet ante loco.

Decapit insontes saros et fraude carentes. Tercius et in sequitur hic capit hic capitur.

Alfic̄ triuiis cornuta fronte tiniid'. diuertit comites duxit ī iungi les.
Adampnis minimis, q̄dam rapiunt ab hinis. Sic mixtū p certū turba pit pedinū.
Rex manet ī captus sub tracta coniuge solus. Coniuge subtracta rex manet ī tabula.
Sepius est mattus seruiorū turbine sept⁹. Se mattū suffert si uia nulla patet.
Omnis enim mattū clamat mattum s' mattū. Sic q̄ ludat denuo si placeat.

ALTE clamat   Item vn̄ s v p.

Epicurus. uenter satur est securus. uenter deus meus erit talem deum gula querit cuius templum est coquina in qua redolent diuina. Ecce deus oportunus. nullo tempe ieiunus ante cibum matutinum ebrius eructat uinum. cuius mensa ⁊ cratera sunt beatitudo uera. Cutis eius sem p plena. uelud uter ⁊ lagena. iungit prandium cum cena. unde pinguis rubent gena. ⁊ si quando surgit uena fortior est quam catena. Sic religionis cultus. in uentre mouet tumultus. rugit uenter in agone. uinum pugnat cū medone. uita felix ociosa. circa uentrem operosa. Venter inquid ni chil curo preter me. sic me paro. ut in pace in idipsum. molliter gerens me ipsum. sup potum ⁊ sup escam dormiā ⁊ requiescam. Nu lebe ich mir alrest werde. sit min sundec ouge sihet daz schone lant. unde ouch div erde. der man uil d' eren gihet nu ist geschehen des ich da bat. ich pin chomen an die stat da got mennischlichen trat.   Versus. ooooooo.

Non iubeo quemquam sic perdere gaudia uite. u
Ut nimioque cibo debeat ipse mori.
Sume cibum modice modico natura tenetur.
Sic corpus refice ne mens ieiunia grauet.

Sperne lucrum uersat mentes insana cupido.
Fraude cauere graues ignari decidere docti.
Lusuri nummos animos quoque ponere debent.
Irasci uites nimium placet optime frater.
Ludite securi quibus es est semper in archa.
Si quis habens nummos ueniens exibit inanis.
Lusori cupido semper grauis exitus instat.
Sancta probis pax est irasci desine uictus.
Nullus ubique potest felici ludere dextra.
Inicio furias ego sum tribus addita quarta.
Flecte truces animos ut uere ludere possis.
Ponere mature bellum precor iraque cesset

Si preceptorum superest tibi cura deorum.
Parce puer tenuis dum tuus colo tempore fugis.
Prefigam metas quales tua postulat etas.
Quas si transgredior male demonitore mereris.

Statu contempto summo te mane levato.
Hacque legendo moram quartam dum taxat ad horam.
Quinta sume cibum [omnium] vivum vibe s. moderatum.
Et pransus breviter dormi vel lude parumper.
Postquam dormieris sic mos tuus ut mediteris.
Que meditatus eris tabulis dare ne pigriteris.
Que decleris certe spero quandoque videre.
Miseris ut quedam facies ut certum credam.
Post hec in lectum cum legeris ito commestu.
Post sumptas escas si iam monet hora quiescas.
Si tempus superest post cenam ludere prodest.
Sub tali meta constet tibi tota dieta.

Incipit officium lusorum.

Lugeamus omnes in decio diem festum deplorantes pro dolore omnium lusorum de quorum nuditate gaudent decii et collaudant filium. Va ebi. Versus. Maledicam decio in omni tempore semper fraus eius in ore meo. Ve vobis. Tibi leccatori. Oratio. Oremus. Ds qui nos concedis ... decorum malefica colere: da nobis in eterna tristicia de eorum societate lugere. P. Epystola.

Lectio actuum apostolorum. In diebus illis. Multitudinis lusorum erat cor ... et tunica nulla. et hyemps erat.

... qui ... et clerici ... ad dandum ... de lusoribus et ... de mulieribus ... de ... semper ...

Et iacta vestimenta secus pedes accommodantis. qui vocabatur Landrus. Landrus autem erat plenus pecunia et fenore. et faciebat dampna magna in loculis accomodans singulis prout cuiusque vestimentis valebant. GR. Iacta cogitatum tuum in decio et ipse te destruet. V. Dum clamarem ad decium exaudivit vocem meam et eripuit vestem meam a lusoribus iniquis. Alleluia.

V. Mirabilis vita et laudabilis in ebrio. Sequentia

Victime novali zinke. ses. immolent deciani. Ses zinke abstraxit vestes equum cappam et pelles abstraxit confestim a possessore. Mors et sortita duello conflixere mirando tandem tres de ce vicerunt illum. Nunc clamat o fortuna quid fecisti pessima. Vestitum cito nudasti et divitem egeno coequasti. Per tres falsos testes abstraxisti vestes. Ses zinke surgant spes mea precedant eum in taberna. Credendum est magis soli ses zinke quatter veraci quam dri cum es ze ie ni fallaci. Scimus istos abstraxisse vestes lusoribus vere tu nobis victor ses miserere. Ewangelium

Sequentia falsi ewangelii secundum marcam argenti. Fraus tibi decie. Cum sero esset una gens lusorum venit decius in medio eorum et dixit. Fraus vobis nolite cessare ludere. Pro dolore enim vestro missus sum ad vos. Primas autem qui dicitur vilissimus non erat cum eis quando venit decius.

Dixerunt autem alii discipuli. Vidimus decium. Qui dixit
eis. Nisi mittam os meum in locum peccati ut bibam non cre
dam. Primas autem qui dicitur vilissimus iactabat decem.
alius duodecim. tercius uero quinque. Et qui quinque proiecerat ex
hausit bursam et nudus ab aliis se abscondit. OF. Loculum
humilem saluum facies decie et oculos lusorum eruie decie
Humiliare uos auari ad maledictionem. Oremus. OR.
Effunde domine iram tuam super auaros et tenaces qui
iuxta cutum ferunt sacculum et cum habuerint denarium
reponunt eum inclusum donec uertatur in augmentum
et germinet centum. Pereat. Hic est frater prauitatis
filius iniquitatis figura scamni genus nesciandi nisi
nat amare quando timet nummum dare. Pereat.
Quod ille eis maledictionem prestare dignetur qui zacheo be
nedictionem tribuit et diuiti auaro guttam aque denegauit.
Et maledictio dei patris omnipotentis descendat super eos. CO.
Mirabantur omnes inter se quod decius abstraxerat cuili
bet uestes. VT. SVPRA.
TEMPUS. Hoc letitie dies festus hodie. omnes
debent psallere. et cantilenas promere. et affectu pec
toris et toto gestu corporis et scolares maxime qui fes
ta colunt optime. Stilus nam et tabule sunt feriales epu

Ile ⁊ naſonis carmina. uel alioꝝ pagina. quicquid agant
alii iuuenes amemus ⁊ cum turba plurimum ludum ce-
lebremus. IOCVNDEMVR. Socii. Item ad: Liebrem.
ſectatores oci nostra pangant ora cantica ſonora ut laudem
dignos laude uirtuoſos ⁊ carentes laude. Reſp. O. ⁊ oc̄.
iubilo largos laudet nostra concio. Ad honorem hoſpitis cuius
feſtum colitis canite benigne. carmen laudis digne meruit
repudiemus, ⁊ pſallentes omnes intonemus. Inuidos ypocri-
tas. mortis premet grauitas. pereant fallaces ⁊ uiri mendaces.
minus qui negant premiſſum puniendi ruant in abyſſum.

AUdientes audiant Vꝰ. ſupra.
Dou ſchande vert al über daz lant. querens uiles ⁊ tena
ces. ſi hat ſich vermezzen des. quod uelit aſſumere. die
boſen herren ſwie ez erge. ad perdendum in tocham. nu hin nu
hin nu hin. O liberales clerici. nu merchent rehte wideme ſi.
date nobis dabitur. ir ſult lan offen iwer tür. magis ⁊ egentibꝫ.
ſo gewinnet ir daz himel hûs. ⁊ in perhenni gaudio alſus alſo
alſus alſo. Sicut cribratur triticum. alſo wil ih die herren tun.
liberales dum cribro. die boſen riſent in daz ſtro. uiles ſunt
zizania. daz ſi der tieuel alle erſlahe. ⁊ in inferum pereant.
avoy avoy alez avant. Ruſticales clerici ſemper ſunt famelici.
die gebezzent vil lobent uil. vil loſſen hinger ſchanden zil.

quasque colit et amat. dah er in sin art gelernet hat. natura
lium non patitur. hin vur. hin vur. hin vur. hin vur. Item.

CUM IN orbem universum decantatur ite. sacerdo
tes ambulant currunt cenobite. et ab ewangelio iam
surgunt levite. sectam nostram subeunt. que salus est vite.

In secta nostra scriptum est omnia probate. vitam
nostram optime vos considerate. contra pravos clericos vos
perseverate. qui non large tribuunt vobis in karitate. Et
nos misericordie nunc sumus auctores. quia nos recipimus
magnos et minores. recipimus divites et pauperiores. quos devo
ti monachi dimittunt extra fores. Nos recipimus monachum
cum rasa corona. et si venerit presbiter cum sua matrona.
magistrum cum pueris virum cum persona. scolarem libentius
tectum veste bona. Marchiones bawari saxones australes.
quotquot estis nobiles vos precor sodales. auribus percipite no
vas decretales. quod avari pereant et non liberales. Secta no
stra recipit iustos et iniustos. claudos et debiles senio conbu
stos. bellosos pacificos. mites et insanos. boemos. teutonicos.
sclavos et romanos. Stature medie res gigantes et gnanos.
in personis humiles et econtra vanos.

De vagorum ordine dico vobis iu
ra. quorum vita nobilis dulcis est natura. quos delectat animus

pinguis assatura . vel certe quam faciat ordei mensura. Ordo
noster prohibet matutinas plane . sunt quedam fantasmata que
fugantur mane . per que nobis veniunt visiones vane . set qui
tunc surrexerit non est mentis sane. Ordo noster prohibet sem
per matutinas . set statim cum surgimus querimus pruinas .
illuc ferri facimus vinum et gallinas . nil hic expavescimus
preter Hashardi minas. Ordo procul dubio noster secta voca
tur . quam diversi generis populus sectatur . ergo hic et hec
et hoc ei proponatur . quod sit omnis generis qui tot hospitatur .
Ordo noster prohibet uti dupla veste . tunicam qui recipit ut va
dat vir honeste . pallium mox reicit . decio teste . cingu
lum huic detrahit ludus manifeste. Quod de summis di
citur in imis teneatur . camisia qui fruitur bracis non u
tatur . caliga si sequitur calceus non feratur . nam qui hec
transgreditur excommunicatur. Nemo prorsus exeat hos
picium ieiunus . et si pauper fuerit semper petat munus . incre
mentum recipit sepe nummus unus . cum ad ludum sederit
lusor oportunus. Nemo in itinere contrarius sit ventis . nec
a paupertate ferat vultum dolentis . sed spem sibi proponat semper
consulentis . nam post grande malum sors sequitur gauden
tis. Ad quos perveneritis dicatis eis quare . singulorum cupi
tis mores exprobrare . reprobare reprobos et probos probare . et pro

274

S boſ ab improbiſ ueni ſegregare. I te.
P. De miſeria mee pauptatiſ conquerim in car
mine uiriſ litteratiſ. laici non ſapiunt ea que ſunt uatiſ. ſ;
nil michi tribuunt quod eſt notum ſatis. Poeta paupior
omnib; poetis. nichil prorſuſ habeo niſi quod uidetiſ. unde
ſepe lacrimor quando uoſ ridetis. nec me meo uicio paupem
puteriſ. Fodere non ualeo. quia ſum ſcolariſ. ortuſ ex mili
tib; prelior ignariſ. quia me nunc terruit labor militariſ.
malui uirgilium quam te ſequi paris. Mendicare pudor
eſt mendicare nolo. fureſ multa poſſident. ſ; non abſq; dolo.
quid ergo miſer faciam qui nec agros colo. qui nec fur nec
mendicuſ neutrum eſſe uolo. Nulluſ ita parcuſ eſt qui
non ad natale. emat cappam pallium pelleſ uel quid tale.
ſ; non ſtatim diſſipat nec cuſtodit male. nec ducit ad quod
liber feſtum ſ; annale. Parcuſ pelleſ perticat & inuoluit
panniſ. & indutaſ rariuſ multiſ ſeruat anniſ. a leſura ma
culiſ notiſ et a dampniſ. fumi. uini. pulueris. et igniſ et
anniſ. Vidi quoſdam militeſ nup conuenire. de feſti
uiſ ueſtib; geſtu ſupbire. cum haberent pallia uetuſtatiſ
mire. que ulixeſ rediens poſſet reperire. Color ſepe palluſ
et forma mutatur. color cum p uiridi rubrum compatur.
uel quod eſt interiuſ foris reguatur. uel cum a tinctorib;

cola colatur. Forma cum in uariaſ formaſ ſit mutata · ue
ſtimenta diuitum uice uariata. in noua fert animuſ dicere
mutata. uetera uel potius ſint inueterata. Vidi quoſdam diuiteſ
fame ſatiſ clare. formaſ in multiplices ueſteſ uariare. contra
frigus hiemiſ pallium cappare. ueriſ ad introitum cappam
palliare. Cum hec tritum ſepiuſ. ſepiuſ refecit. ⁊ reſpectum
ſepiuſ. ſepiuſ defecit. noluit abicere ſtatim nec abiecit. ſed par
ociem tunice iuppam ſibi fecit. Sic in modum gorgoniſ
formam tranſformauit. immo miriſ artifex et monſtrificauit.
maſculauit femininam. marem feminauit. ⁊ uinceuſ tyreſiam
ſexum tercianit. Paritur ſibi fuerit pallium cappare. econ
uerſo deinceps cappam palliare. recappatum pallium in iuppam
mutare. ſi non tandem faceret iuppam caligare. Hec ſubiber⁹
ſubprior in decretis. ne mantelloſ ueterēſ reſarcinetiſ. renoua
ti̇ prohibens caſe uel in crétiſ. hec decretum tenent iam ſicut
ues uidetis. Et communicamus heſ ⁊ recappatoreſ. ⁊ cappar
ueterum repalliatoreſ. et omneſ huiuſmodi reparatoreſ. om
neſ anathema ſint donec mutent moreſ. I T P O T I
O N I. Animaduerterem dicit Cato. quiſ me redar
guit de peccato. laudem ⁊ honorem canimuſ. noſtro hoſpiti
cui bonuſ eſt animuſ. Ergo fratreſ kariſſimi intelligite
et ad ora pocula porrigite. et ſi aliquiſ inceperit ex nobiſ.

deuiciet seorsum a nobis. Si aliquis debibat tunicam postea
debibat camisiam. et si aliquid plus de re sapitis. denudetur
a planta pedis usque ad verticem capitis. tunc eritis comites
apostolorum. quia in omnem terram exiuit sonus eorum. et in fi-
nes orbis terre uerba eorum. Conuentus iste nobilis letetur
huius conuiuii. et mera mente gaudeat. et dignas laudes refe-
rat. summo patris filio et hospiti largissimo tali dicto nomi-
ne. ut longo uiuat tempore. ITEM. AL.

EGO. sum abbas Cucaniensis. et consilium meum
est cum bibulis. et in secta decii uoluntas mea est. et
qui mane me quesierit in taberna. post uesperam nudus e-
gredietur. et sic denudatus ueste clamabit. wafna wafna
quid fecisti sors turpissima. nostre uite gaudia abstulisti
omnia. VERSUS.

Res dare pro rebus pro uerbis uerba solemus.
Pendis uerbis montanus utrum herbis.
Pectus rebus pigmentis et speciebus. ITEM ORY.

ARTIS EX. Qui conducit hominem ex luto. et li-
niuit oculos ceci sacro sputo. saluet uiuas animas cri-
mine soluto. pax uobis omnibus ego uos saluto. O prelati
nobiles uiri litterati. summi regis legati. o presbiteri beati
genus prelectum. me omnibus abiectum consulens despice

·tum. uirtutiſ uite p effectum. pauperie mea conteſte. patet manifeſte. quod eo ſine ueſte. ſatiſ inhoneſte. ſi me uultiſ audi re. conteſtor me ſcire uiros pbitatiſ mire. qui uirtuteſ faci unt nobileſ appello. qui autem me deſpiciunt auaroſ euello. de libro uiuentium ad inferos repello. ut ibi pmaneant plutoniſ in cancello.

De Sacerdotib᷒.

SACERDOTES. et leuite. quotquot eſtiſ me audite. uoſ ſine debetiſ lite. uerba mea intelligere. Vos doctoreſ conſecrati. et uirtutib; ornati. non ſint uobiſ hic cognati. niſi qui ſint litterati. et honeſti compbati. illiſ ē in commendati. Non ſit uobiſ con[illegible] uitatum. aduerſum me ſic denudatum. et ab omnib; ſpretum. Ergo miteſ dn̄i kari tatem diligatiſ. mihi uere egenti. ſolamen impendatiſ. ut participeſ eſſi[illegible] [illegible] eſſe ſocioſ [illegible] karitatiſ. Nec [illegible] [illegible] [illegible] cauſa. Sch[illegible] [illegible] [illegible] quod [illegible] aliuc. niſi [illegible] [illegible]. De mundi ſtatu.

MUNDUS. [illegible] ſepe uariatur [illegible] [illegible] [illegible] mundi [illegible] eſt in [illegible] [illegible] [illegible] T[illegible] [illegible] uetera [illegible] [illegible] antiquuſ [illegible] nequior, et plus iniquuſ. nemo [illegible] quib; [illegible] eſt amicus. non [illegible] regnat [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Speculum

quod adhuc quisquam rem anceret. nunc uni qui paupiē
dando sustineret. pleno cornu cepit munera preberet. nomen
largi s; et rem quod plus est haberet. Autem raram non
dum hanc potui uidere. est phenice rarior. hirco ceruus uelox.
hanc quesiui sepius felix tu iam quere. et nomen interim dabimus chimere. Mundus ergo latet nullus hunc sistentes. currit. cadit. corruit. quis eum retentat largitatis semitas ueneram frequentant. actus largi strenuos nemo representat. Vnam tamen uideo formam largitatis. quam uos spatii cieti celebratis. hanc edicam nudius si uos sileatis. si cum patientia me sustinetis. Dicit quis. enuclea. quod est hec quod dicis. dicam. larga munera uera sentit thais. thais illa celebris termis. cum s. thais. illa troie pestilens et dampnosa grecis. Hec dum nudo nudam se per hec iniungit. manu lingua labiis. palpat. lingit. urgit. at uenus medullis scalpit. prurit. pungit. panphilum dupliciter sic thais emungit. Tamen est qui thaidem ut cadauer odit. ab hac ut a bestia cauens se custodit. s; dum ganimalicus passionem ferit. ignem eis locus puti dente re...
...or. Nullum hic est medium. quiuis clericorum. si non in gluccium largus est in portum. licet ambidextri nunc multi modernorum. uni tamen seruio locos geminorum. Restat adhuc alter largitatis genus. s; hoc totum uentris est nil hic capit uenus.

Primo ponatur sedes Augustino in fronte ecclesie. et Augustinus
habeat a dextera parte ysaiam et danielem. et alios prophetas. A sinistra
autem archisynagogum et suos iudeos. Postea surgat ysaias cum prophe
tia sua sic. Ecce uirgo pariet sine uiri semine. per quod mun
dum abluet a peccati crimine. de uenturo gaudeat iudea nu
mine. et nunc ceca fugiat ab erroris limine. Postea. Ecce uirgo
concipiet. et cetera. Iterum cantet. Dabit illi dominus sedem dd. et cetera.
Postea daniel procedat prophetiam suam exprimens. O iudea
misera. tua cadet unctio. cum rex regum ueniet ab excelso solio.
cum decenti flore castitatis lilio. uirgo regem pariet. felix puer
perio. iudea misera sedens in tenebris. repelle maculam delicti fu
nebris. et leto gaudio partus tam celebris. erroris minime cedas
illecebris. Postea cantet. Aspiciebam in uisu noctis. et cetera. Tertio lo
co sybilla gesticulose procedat. que inspiciendo stellam. cum gestu
mobili cantet. Hec stelle nouitas fert nouum nuntium. quod
uirgo nesciens uiri commercium. et uirgo permanens post puer
perium. salutem populo pariet filium. E celo labitur ueste sub
altera. noua progenies matris ad ubera. beata faciens illius uiscera.
que nostra meruit purgare scelera. Intrare gremium flos no
uus ueniet. cum uirgo filium intacta pariet. qui hosti liuido
minas excutiet. et noua secula rex nouus faciet. E celo ueniet

rex magni nominis. coniungens federa dei et hominis. et sugens
ubera dei et hominis. reatum diluens mundani criminis. Item
cantet hos uersus. Iudicii signum tellus et cetera. Deinde procedat
Aaron quartus propheta portans uirgam. que sumpta super altare
inter .xii. uirgas aridas sola floruit. Quam personam conducat
chorus cum hoc responsorio. Salue nobilis uirga. Et dicat hanc prophe
tiam. Ecce nouo more frondes dat amigdala nostra. Uirgu
la nux xpistus est. sed uirgula uirgo beata. Et dicat. Ut hec floruit
omni carens nutrimento. sic et uirgo pariet sine carnis detri
mento. Ut hic ramus uiruit non nature copia. uerum ut in
uirgine figuret misteria. clausa erunt uirginis sic pudoris
ostia. quando uirgo pariet spiritali gratia. Quinto loco pro
cedat balaam sedens in asina. et cantans. Vadam uadam ut ma
ledicam populo huic. Cui occurrat angelus euaginato gla
dio dicens. Caue caue ne quicquam aliud quam tibi dixero
loquaris. Et asinus cui insidet balaam perterritus retrocedat.
Postea procedat angelus et balaam cantet hoc responsorium. Orietur stel
la ex iacob. et cetera. Archisynagogus cum suis iudeis ualde obstre
pet auditis prophetiis. et dicat trudendo socium suum. mouendo
caput suum et totum corpus et percuciendo terram pede. baculo
etiam imitando gestus iudei in omnibus. Et socius suis indig
